



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. Quonam tota essentia Prædestinationis contineatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

tione amor formalis, & expressus gloriæ continetur: cum non, nisi ipsorum amore, Deus effectus ad extra causet. Recurrunt nonnulli ad locum Pauli ita interpretandum, ut non de propria Theologico sensu, quo disputamus, prædeterminatione, & electione ad gloriam æternam ibi ab Apostolo agatur: frustra tamen: Tum, quia de illa ibi agi ostendimus numero 3. & interpretationis illius coniecturas leuissimas difficimus numero 4. ac deinceps. Tum etiam: quia, ut ex illo loco gloria effectus prædeterminationis propriæ, & Theologica non conuinceretur, eius tamen effectum esse dogma Theologicum, & Patrum est, ut nuper dixi; quod satis superque est, ut, non negari à Catholico Theologo debeat, sed admitti: illo igitur admisso, negatur gloriam formaliter, & expresse debere absolute, adhuc inefficaciter (quod solum Valquez intendere poterat, cum efficacem voluntatem, seu electionem ad gloriam ante præiudicia merita, ante quæ prædeterminatio est, toto impetu impugnet ut quæst. 3. videbimus) à Deo amari prædeterminatione, quæ absolute causatur remore, quatenus immediatè causat gratiam auxiliantem, & iustificatorem, eiusque merita coadignis, quibus prædeterminatus decedens meritorie causat, obtinetque gloriam à Deo de facto, & executiua illorum remuneratione.

7. In voluntatibus autem diuinis, quæ remote solum causæ effectus sunt, quatenus scilicet aliqua immediatè apponunt, ex quibus effectus illi proueniunt, opus non est formale, & expressum illorum effectum amorem formaliter contineri, sed illorum mediis quibus tandem effectus illi remoti apponendi sunt: & mediorum quidem immediatè apponendorum expressus amor efficax esse debet ut eius absoluta positio à creato arbitrio, & libertate etiam dependeat. Quod autem nihil creatum à Deo absque expresso, & formali ipsius amore causetur, ut probationi consequentiæ subiungebatur verum est: cum ob voluntatem Dei executiua: tum etiam ob remotissime finis intenti causatam, nempe intentionem ipsius, quæ ob perfectissimum modum agendi Deo agenti rationali primo, & perfectissime libero debet necessario tribui, ut non nisi propter finem operetur iuxta sepe à nobis repetitum etiam naturalis Theologiæ dogma. De intermedii autem voluntatibus mediis, & intermediorum electis, & executiuis ex intentione finis illius, cuiusque motione à Deo habitis, & conceptis amari finem non oportet, sed eius amorem intentione illa, ex qua concipiuntur, pro prioris verò naturæ intentionali, ut diximus, supponere.

QVÆSTIO II.

Quonam tota essentia Prædeterminationis contineatur?

¶ Xclusimus quæstione 1. à prædeterminationis essentia formalem, & expressum omnem finis amorem seu intentionem, siue efficacem, siue inefficacem, quorum Theologi aliqui vnam, alteram verò, alij in prædeterminationis essentiam, volebant intrudere: iam verò, quam in ea positio claudantur examinare oportet, atque statuere. Id quod breui, facillèque præstabitur ex dictis controuersia 6. de Prædeterminatione & secunda.

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

CERTAMEN I.

Memoratis sententiis alij nostræ scholæ propria ab autoritate statuitur.

1. Sententiæ omnes de essentia prouidentie recitate controuersia 6. d. 2. quæstione 1. certamine 1. breui memoranda hic sunt, non tamen Authores, quos pro vnaquaque citauimus recensendi; tamen eorum plerique de prædeterminatione potius, magisque ex professo, locis citatis disputantes suas sententiæ protulerunt. Prima igitur sententia prædeterminationem in actu imperij mentalis intellectualem imperatiui modi constituit. Sic Thomistæ citati eo certamine, numero 5. Ruiz verò numero eodem, & numero 12. in actu assertiuo de prædicti modi indicatiui præhabite absolute voluntatis diuinæ imperium hoc intellectualem quod prouidentiam, & prædeterminationem, ut minimum completam, constituebat. Hæc recitatus ibi scientiam directiuam electionis mediis ad finem prouidentie: quare, & prædeterminationis imperium intellectualem abique dixit Thomistis nomine consentiens, à quibus se longissime distendebat: atque ita imperium intellectualem prædeterminationem essentialiter constituitur factus est. Secunda, post trimembrem de imperio intellectualem memoratam, sententia in scientia prædicta directiuam electionis mediis ad finem connotante tamen ipsam electionem si tam prouidentiam putabat: quare, & prædeterminationem in scientia de mediis efficacibus ad salutem eorum electione connotata docet consistere Patronos citauimus ibi numero 7. Ex quibus veteres simplicis intelligentie nomine rem scientiæ mediæ coëreabant Recentiores ex Molina nostro, quod ad prædeterminationem attinet, scientiam mediam constanter, & distinctius designabant. Tertia sententia prouidentiam, & ad rem præsentem, prædeterminationem in actu electionis, & præparationis mediis efficacium ad finem adequatè locabat siue solo, siue cum connotatione ad scientiam de mediis illis actus illius directiuam. Authores citauimus ibidem numero 10. Quarta sententia ex actu scientiæ directiuæ electionis, & dispositionis mediis, atque in re præsentem efficacium ad finem gloriæ obtinendum, atque in actu voluntatis electionis & dispositionis eorum mediis per cuiusmodi scientiam directio prædeterminationem ex æquo constare docet. Doctores sententiæ huius dedimus ibidem numero 11. & certamine 5. numero 1. & quæstione 1. certamine 3. numero 1. Tamen Doctores ante Molinam nostrum scientiam electionis mediis efficacium ad gloriam consequendam re quidem mediam simplicis intelligentie nomine (nondum scilicet eius propria scientiæ mediæ voce adiungent) coëreabant. Ceteri vero post Molinam, & cum ipso scientiam mediam compellarunt.

2. Dicendum cum his Doctoribus sententiæ quartæ est. Prædeterminationem, & scientiam directiuam ad electionem mediis efficacium de facto coniungendorum certo cum gloriæ à Deo intentæ assequutione, & electione eorum mediis absoluta, & efficaci (meritis prædestinati siue intermedii, siue postremi, & finalibus exceptis quæ absolute ad consequutionem gloriæ media fuerint) essentialiter ex æquo constitui, & adequatè compleri: excepti merita prædestinati, quæ est absolute media finis, & à Dei voluntate, & principaliter apponuntur, non tamen ab efficaci voluntate ipsius possunt apponi iuxta sepe com. hoc 2. & tom. 1. de Deo vno à nobis dicta de repugnantia voluntatis efficaci de actibus liberis potentie liberæ cum huius, & illorum libertate, (tamen ea efficaci de se voluntas per scientiam mediam reguletur.) siue

Q. 2. quæ

qua meritum nullatenus esse potest. Quoad reliquum conclusionis est Doctorum quare illius sententia memorata de essentiali providentia constitutione: quatenus verò ad directionem scientie medice ad electionem mediorum efficaciam spectat, est sententia omnium Doctorum Thomistice nostræ scholæ Iesuiticæ citatorum pro secunda, & tertia sententia de eadem providentia constitutione, ac reliquorum exteriorum scholæ nostræ, & Molina ibi citati, & in concordia hos prolixo Elencho recensimus tom. I. de Deo vno controvertia 3. disputatione 1. questione 6. quorum computatum numerum plus trecentis viginti pro hac sententia constare tandem deprehendimus solus ex iis, qui decreta de se efficacia de actibus nostris liberis, siue effectibus per eos liberè à nobis exhorrent, ac scientiam subinde mediam admittunt, Neoterici nescio quis eam scientie medice directionem respectu electionis, & collationis auxilij extrinsecus efficacis ad actum nostrum liberum, atque effectum quemvis vltius per illum, qua liberum, à nobis obtinendum, tanquam libertati, & merito proinde actus illius contrariam, denegavit, ac subinde ad electionem mediorum, siue auxiliorum ita efficaciam ad actus prædestinati honestos, & condigne meritorios gloriæ de facto per illos à prædestinato obtinendam.

3. Solus inquam: Nam licet difficultate eadem, in quam recens Theologiae auditor incidit: tæquique (teste Herize post modum eulogato) nonnulli Castellanis nostris Recentioribus fuerant, turbatus Herize ipse fuerit, demum non fuit à communi hac alletorum scientie medice, & vera doctrina deturbatus. de eius ad mediorum, seu auxiliorum efficaciam electionem, & collationem absolute voluntatem, vt citato loco vidimus directione; ille verò Recentior quamvis referat pro sententia, negant scientie medice eiusmodi directionem, vt libertati actus aduersam nostrum etiam Petrum Hurtado: illustratorem difficultatis præfate primum Castellani, (vt Toletanus ergo nostris) inuentorem pressio nomine ab Herize citatum verius, quam eius sententia Authorem dixit: insuper asserit scientiam mediam, si causa sit collationis auxilij efficacis ad actum, vel eius oppositum, sine qua non conferretur, libertatem ad illum actum non perstituram integram: at vero tunc etiam semiplenam actus libertatem perstituram docet, se ad alia argumenta ab ipso efformata referens, & eandem aliquam actus libertatem semiplenam maiorem, tunc etiam tueretur; immò eandem ac si scientia media causa, sine qua non, conferendi auxilij efficacis, non foret: id quod legitime, & irrefragabiliter ex iactis ibi principiis concludit maiori, quam solet, claritate: nam, quæ pro integritate libertatis, tunc etiam seruanda posuit ambagum amplius quam vtilitatis habent: & tandem hic author ita explicat conclusionem aduersam: vt Deus habeat decretum anterius dandi auxilium, si scientiam mediam de eius efficacia, siue consensus nostri conditionati sub illo, ac non dandi, si eam non habeat, sed oppositam potius de eius inefficacia, vel si actum liberum (& idem est de omissione) efficaciter præstinet, dependenter à scientia media sciens reflexe se non daturum eiusmodi auxilium, si scientiam mediam inefficaciam, siue actus non futuri conditionatè sub illo haberet. Absoluta autem directio electionis auxilij efficacis per scientiam mediam neutrum horum decretorum requirit: quare, & si ita positus actus libertas læderetur (de quo post modum) ex simplici, & absolute tali scientie medice directione nec inferretur, neque asseritur ab hoc Recentiore lædenda. Solus ergo Neoterici nescio quis alter.

4. Sed iam probatur conclusio ex Augustini definitione cap. 14. de dono perseverantiae. *Prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur*: quam definitionem recipiunt Theologi Doctores omnes ad vnum: ea vero præscientia, & preparatio suorum beneficiorum (media scilicet illorum electione, qua sola possunt preparari) in Deo ex æquo, & in recto ad prædestinationis essentiam explicandam, & defini-

dam ab Augustino adhibentur: Ergo utraque in electione prædestinationis includitur ex sancto Augustino, & schola tota Theologica eam definitionem adhibente: quod autem præscientia ibi ab Augustino, vt pars essentialis providentiae assignata scientia media sit facile ex eius definitionis verbis ostenditur: dicitur enim esse, *præscientia beneficiorum Dei quibus certissime liberantur, quicumque liberantur*: Alti media præscientia seu beneficia Dei de se, & natura sua indifferenter, ac solum extrinsecus à consensu libero prædestinati efficaciam, (vt ad eius libertatem seruandam est opus, vt sint) quibus certissime liberantur quatenus liberantur. Sola scientia conditionata, seu media de consensu, seu actu prædestinati conditionatè factum si donantur esse possent: ergo ea præscientia pars essentialis prædestinationis ponitur sancti Augustini definitione. Minor probatur: quia scientia simpliciter intelligentie strictè dictæ præcile solum datur gratiæ auxilia seu beneficia Dei, quibus liberi absolute possunt, non autem quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Scientia verò vilionis strictè dictæ posterior natura prædestinatione cuius effectus absolutus consensus est in eandem recidit sententiam. Augustini sententia alia 1. de prædestinatione Sacrorum capite decimo, ita prædestinationem à gratia auxiliante distinguens: *Inter gratiam peris, & prædestinationem, hoc tantum interit: quod prædestinatio est gratia preparatio, gratia vero ipsa donatio*. Etenim preparationis solius ibi expresse meminit, quod id ad discrimen causæ, & effectus inter ipsam, & gratiam assignandam (quod solum intendebat) satis electionis tamen nomine præscientiam implicitè includit: sine qua preparatio gratiæ prædestinationi necessaria, & de se, & ex eius definitione esse non poterat. Denique prædestinationis essentiam præscientia conditionata constare saepe aliud etiam æquè supponit: sufficiat nunc ex ipso referre, quod de prædestinationis certitudine, & infallibilitate loquitur de correctæ & gratiæ capite septimo. *Horum prædestinationum si quisquam peris, salutaris Dei, qui nemo eorum perit, quia non fallitur Deus: & primo ad simplician. questione secunda, ac epistola ad prædestinationem Sanctorum capite 16. Cuius neminem miseretur, sic eum vocat, quemadmodum sit cogitare, vt vocantem non respuit, & Ambrosius ad Rom. 9. Miserebor: cuius miserebor, ita paraphrasticè explicat: misericordiam illi dabo, quem præscio tuo corde conuersurum ad me.*

5. Eadem definitio sancti Thomæ prima pars, questione 23. articulo primo. *Ratio transmissiva naturæ rationalis in finem vite æternæ*: Vbi rationem non pro actu intellectus diuini solum, sed pro non interna Dei dispositione intellectuali, & affectiva ad saluandum, & certo ac infallibiliter saluandum prædestinatum posuit: ea quippe definitio prædestinationem ea acceptione, qua sagitte in scopum tendit, ac directio missæ in illam destinatæ dicitur, (vt obseruabam controversia sexta, de prædestinatione d. 1. questione prima, certamine primo) viam parat, dum ita prædestinationem definit: vt scilicet, tam certò, & infallibiliter interna illa Dei ratio, & dispositione mediorum efficaciam ad vitam æternam iterum, perueniunturque prædestinationem docet, non licet non ita, vt hæc à sagittarum decreto, & missilibi ipsis impetu aguntur, & feruntur in scopum, in vitam æternam ferantur aganturque Dei prædestinatione prædestinati, sed suo arbitrio, & liberæ diuinæ prædestinationi, & gratiæ coagentes, & cooperantes, vt ex sancto Thoma, & hinc eodem, & ratione: quocirca, cum nisi ex certa, & infallibili scientia media conditionatè cooperatiua prædestinati subdonandi auxilij hypothesei transmissio tendit ad vitam æternam, sagitte in scopum nullatenus vero sensu dici queat: eam ad mediorum efficaciam, quibus, ac non aliter, in vitam æternam more sagitte de facto, certoque transmittendum prædestinatum, atque electionis talis reditorem esse in prædestinatione sanctus Thomas docet. Dices: etiam

Ad Thomam quæstione sexta, de veritate articulo tertio corpori. certi huius ordinis causæ prædeterminationis ad finem, seu effectum ipsius rationem reddidisse cum vilius auxiliorum, quæ Deus in sua habet potestate, ex quo disponere, ac præparare potest, immò præparat, ut prædestinatus non cadat, si autem cadat ut relinquitur, ac non pereat: quemadmodum ob cumulum infinitorum, vel pene infinitorum indiuiduorum speciei cuiusvis, quæ virtute omnipotentis suæ cohercet, ut vni pereunt alterum, & alterum speciei succedat, & substituatur, in quo species conseruetur, perire hæc absolute, & proflus corrumpi nequit: ac proinde species rerum incorruptibiles censetur; tamen eorum indiuidua singula, & quatenus in singulis suis indiuiduis sunt, species etiam corruptioni subiaceant. Si autem S. Thomas scientiam conditionati euentus contingentis sub auxilio, si donetur, in prædeterminatione includi, & electionem auxilij illius prædeterminatione etiam inclusam, dirigere censere, frustra ad eam moralem solum certitudinem ex cumulo illo auxiliorum petitam recurreret, ut certitudinem causalitatis prædeterminationis ad finem, seu effectum, ad quem prædestinatio est, expeditet; siquidem ratione scientiæ eius mediæ metaphysicæ etiam certitudinem, Dei prædeterminatione digniorem, & debitam in eius causalitate ad finem, & effectum inueniret. Non ergo eiusmodi scientiam agnouit, vel saltem noluit eam prædeterminationi inscribere; nedum in ea includi, video in testimonij huius interpretatione ad rem præsentem vexatos Doctores Recentiores. Nam, quod rem scientiæ mediæ S. Thom. agnouerit, constat ex eius testimoniis pluribus datis tom. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia.

6. Harize d. 22. cap. 3. numero 18. respondet: non egisse ibi S. Thom. de certitudine formali causalitatis absolute prædeterminationis ad salutem, sed de obiectiua auxilij congrui ad ipsam: quæ, cum in vnoquoque nulla sit, ad moralem illam cumuli auxiliorum recurrit: in hac solutione quiescit tandem Ariaga tom. 1. in 1. parte, d. 33. sect. 1. numero 5. vers. *Secundo ad Dicum Thomam.* Hac solutio dat, nihil S. Thom. nec de scientia mediæ, nec de certitudine formali prædeterminationis, quoad finis obtentionem, & causalitatem cogitasse: immò nec ultra obiectiua illam moralem certitudinem aliam formalem meliorem illi occurrille: cum tamen ex obiectiua, formali certitudo statim occurrat, ac delinatur: quare nec de obiectiua certitudine futuri contingentis ex necessitate consequenti, & suppositione quod sub conditione illius auxilij, & medijs obtinenda esset salus, nec de formali scientiæ, & prædeterminationis cogitasse tunc S. Thom. videtur. Id vero difficillimum est in eo, qui hoc ipsum apprimè nouerat, ac toties docuerat: scilicet morali solum illa, & obiectiua, atque inde formali etiam prædeterminationis, ac minus, quam Dei prædeterminatione deceat, nobili contentum ad nobiliorem aliam, ac prædeterminatione diuina dignam certitudinem metaphysicam, cum ex parte obiecti sui (nempe conditionate futuri contingentis salutis æternæ sub eo auxilio & medio) tum ex parte sui, & formali certitudinis metaphysicæ, quam prædeterminatio ratione scientiæ mediæ includit continet in re momenti nati statuenda doctrina suæ, vel sui potius, oblitum S. Thom. non recurrit. Secundo respondent Recentiores apud eundem Ariagam ibidem numero 4. vers. *et ad Thom. exordiar.* adhuc præsupposita scientia mediæ à S. Thom. in ea solutione locum eius solutioni fuisse: quia eadem posset scientia mediæ videri multis vocationibus non consenturus. Vnde ad cumulum omnium pro certitudine euentus recurrentium videtur, ut S. Thom. recurrat, quasi eadem scientia mediæ, cui determinatè consenturus ille sit, si donetur Deus nesciat. Nec satis est, quod pro hac solutione, seu interpretatione ipsi etiam probata respondet Ariaga: forte non consenturum illi, nisi aliis prius vocaretur quibus scilicet, ut non cessent, fracta tamen aliquantulum vocati perniciat fuerit, ac durities emollita: verum tunc vocationes illæ antea, ac medijs illis voluntatis emolliat ad hypothesin scientiæ mediæ consentus sub determinato auxilio, & ita disposita per au-

tas vocationes voluntatis spectant: quin ad moralem consensum necessitatem ex toto cumulo, & collectione auxiliorum in Dei potentia contentorum recurrendum S. Thomæ esset; sed ad emolliationem voluntatis illius per tot anteriores vocationes, & consensum tandem conditionatum eius ita disposita sub vocatione postrema: quod totum scientia mediæ determinata, ac metaphysicè certa euentus sub vnoquoque ex anterioribus, & postremo auxilio, & vocatione haberetur. Mitto aliorum Sapientum eius testimonij subtilis interpretationes, nec earum meditatitas difficultatis ex eo propositæ solutiones.

7. Mens igitur Sancti Thomæ eo loci ac difficultatis inde orta, & proposita solutio in aperto esse videtur: cum scilicet ad cumulum auxiliorum recurrille pro ostendenda certitudine effectus, seu finis prædeterminationis obtinendi non quasi oblitum satis ipsi scientiæ mediæ, & obiectiue: ac formalis eius metaphysicæ certitudinis, & infallibilitatis effectus ex purificata medijs conditione per electionem eius, quam dirigit, & prædeterminationis, quam constituit, immò vero illius valde memorem ad cumulum auxiliorum recurrille non quidem, ut inde moralem certitudinem scientiæ mediæ, & subinde prædeterminationis, qua includitur, euentus contingentis absolute futuri purificata conditione, siue obiectiuam siue formalem ostenderet: sed, ut metaphysicam certitudinem, cum obiectiuam futurius absolute finis, seu euentus contingentis, tum formalem scientiæ mediæ, & prædeterminationis purificata ex ipsis conditione demonstraret. Cum enim contra utramque, & obiectiuam, & formalem certitudinem metaphysicam euentus contingentis, purificata etiam conditione, obiecti posse videret auxilij cuiusvis, seu medijs purificandi intrinsecam indifferenciam atque cum omissione contingentis euentus, seu finis, ad quem prædeterminatione apponitur absolute, & purificatur, physicam etiam coniungibilitatem: quare, & posse metaphysicè, immò & physice contingere, ut prædestinatus aliquis periret, ad cumulum auxiliorum in Dei prædestinantis manu, & omnipotentia clausorum recurrat: cui toti collectiue sumpto nulla, quantumvis rebellis rationalis creatura potest ita resistere, ut nulli ex illis sit consensura. Deique subinde dominium ad liberas etiam operationes ab ipso pro libito obtinendas excuriat. Inde enim fit, ut cui determinatè consenturus sit, ne cadat, vel permilla cadere relinquitur, si à Deo donetur, ipsius scientiam median non lateat, quam de consensu rebellis creaturæ, quæ nulli ex toto cumulo auxiliorum consensura esset, non haberet; nec posset eam prædestinare ut d. 3. quæst. 1. ostendimus: quare, ut certitudinem metaphysicam, scientiæ mediæ, & prædeterminationis, quæ eam includit purificata per ipsam conditione finis, seu euentus absolute apponendi ratione consequentis necessitatis ad cumulum auxiliorum in omnipotentia clausorum recurrit; non, ut moralis (seu quæcumque illa sit, de quo post modum quæst. 1. citata) consensum prædestinati necessitate toto illo cumulo auxiliorum suborta certitudinem causalitatis in finem, seu euentum contingentem absolutum purificata conditione explicaret, atque defenderet: id quod & verba ipsa Sancti Thomæ, & exemplum, & doctrina suæ consequentia demonstrant. Ex ea vero doctrina Sanctus Thomas nobis probata, fundataque quæst. illa 1. atque Recentiorum difficultatibus expedienda de cumulo auxiliorum, cuius omnibus, & singulis collectiue sumptis nulla creatura restituta sit, positive de facto resistere, difficilis ad speciem, obiectio est contra necessitatem directionis scientiæ mediæ ad mediorem efficaciam electionem, de qua, & alijs certamine sequente.

CERTAMEN II.

A ratione eadem conclusio & libertatis nostræ stabilitur cum divina prædestinatione concordia.

1. Probatur a ratione conclusio: quia prædestinatio intrinsece, ac natura sua est certa, infallibilis, que causalitatis respectu finis gloriæ, & intermedium contingentium, quorum, seu ad que prædestinationis essentia sua infuitabilis est; nequit autem natura, & essentia sua infuitabilis esse, certæque, & infallibilis causalitatis respectu finis intenti, gloriæ scilicet prædestinati, & intermedium contingentium, quorum, & ad quem finem prædestinatio est mediatorum efficacium electio, qua prædestinatio completur nisi ex scientiæ mediæ de futuritione conditionata effectuum intermedium contingentium, & gloriæ subinde libere à prædestinato sub eis mediis obtinenda directione habeatur à voluntate diuina; ergo scientia mediæ eorum conditionate sub eis mediis futurorum requiritur ad providentiam: immò & ipsam cum electione illorum mediatorum essentialiter ingreditur, & constituit: consequentia quoad directionem est euidens, quoad constitutionem, & ingressum scientiæ in prædestinationem efficax. Nam alioqui prædestinatio formaliter, & intrinsece infuitabilis non esset, nec certæ, & infallibilis causalitatis, sed solum præsuppositiua, & extrinsece ratione scientiæ mediæ, quam extrinsece supponit. Maior est constans dogma Theologicum adeoque de se rationis luminis constans, ut inde Prædestinatores nostrarum voluntatum, & humanarum actionum libertatem cum infallibili intrinseca certitudine, & infuitabilitate prædestinationis ipsarum consistere non posse censent: ac subinde libertatem earum prorsus negarent: cui difficultati componenda, & eorum errori ex ea suborto confutando diu multumque à Patribus, Boëtio, Augustino, & aliis præsertim Anselmo fuisse insudatum; quin tanto, tamque felicissimo labore obtinere potuerit, ne difficultate eadem ex prædestinationis diuinæ certitudine, infallibilitate, finisque, & effectus sui infuitabilitate in eandem errorem acti postea alij Hæretici fuerint, Lutherani, & Calvinistæ; demum à proximo seculo in eo perfluerit nostrarum actionum virtute diuinæ prædestinationis, seu præstationis ipsarum à nobis irresistibiliter libertatem negantes, ut vidimus tom. I. de Deo vno controuersia 3. d. I. quæstione quarta & sexta.

2. Minor autem probatur: quia, ni scientia mediæ dirigens auxiliorum, seu mediatorum efficacium electionem, & cum hac prædestinationem constituens admitatur, alterum è duobus necessario fiet: nempe vel prædestinationem frustrabilem de se, & natura sua esse nec certæ & infallibilis causalitatis in liberos suos effectus, & fines, contra statutam, fixamque apud omnes maiorem, vel effectus, & finis prædestinationis contingentiam, & libertatem perire contra id, quod in quæstione præsupponimus, atque edocet fides: vel enim prædestinatio nostrarum actionum, & tandem gloriæ, seu electio illa respectu mediatorum efficacium ab intrinseco efficax, etiam respectu actionum nostrarum, & gloriæ efficax est, ac proinde eius efficacia, siue mediata, siue immediata ad absolutam actionum nostrarum, & gloriæ existentiam se extendit, vel nec immediate, ac se ipsa prædestinationis illius intrinseca efficacia ad absolutam actionum nostrarum, & gloriæ existentiam terminatur, seque extendit, nec mediata ratione intrinsece efficacia mediatorum, & auxiliorum ad actiones nostras honestas, & gloriæ meritorias apponendas: quia, nec earum voluntas Dei efficax est, nec mediæ, & auxilia ad eas obtinendas electa, & disposita Dei prædestinatione efficacia essentia sua, & intrinseca sunt, sed in-

differentia de se se, & cum omissione actionis nostræ ad quam prædestinatione diuina eliguntur, ac disponuntur componibilia. Si primum: cum, tam Dei voluntas, & prædestinatio, quam mediæ ad actionem nostram, & subinde gloriæ obtinendam prædestinatione electa, & disposita illas natura, & causalitate physica antecedat efficacia intrinseca prædestinationis, seu electionis, & mediatorum: quare, & determinatio à necessitate, ut illæ absolute sint antecedens illas natura, naturæ causalitate erit: ac subinde earum libertatem euerteret, ut tom. I. de Deo vno controuersia 3. d. I. tota præfatum q. 6. à ratione effugis omnibus obutatis euincitur. Si autem dicas secundum: cum, nec in prædestinatione, seu electione mediatorum indifferentium prædestinatione electorum de se efficacia intrinseca actionis nostræ, & gloriæ absolute apponenda sit physica, & metaphysica necessitas, ut apponatur absolute, atque effectus, & sine non careat prædestinatio, in ipsa electione mediis non sit, quæ cum indifferentia eius, & mediatorum intrinseca contradictione repugnet: ergo, & prædestinatio effectus, & sine, ad quos prædestinatio est, natura sua frustrabilis, nullamque physica, aut metaphysicam causalitatis certitudinem in finem, & effectus suos contingentes, & libere obtinendos habebit ni scientia mediæ de conditionata futuritione ipsorum sub his, vel sub illis mediis eorum, quæ prædestinatione apponenda sunt electionem dirigat atque ea prædestinationem, ut diximus constituat.

3. Hac quidem ratione non solum conclusio nostra, sed & libertatis, & meriti actionum sanctarum prædestinationis, & deinde gloriæ, ad quam prædestinati (suo quisque gradu) sunt, cum certitudine, & infallibilitate causalitatis in ipsas, & infuitabilitate diuinæ prædestinationis concordia probatur, & clarescit: & ea sanè iam pridem contra Prædestinatores à Patribus adiuncta, & tradita, & ab Anselmo ad Scholasticum morem ceteris proximius in sua concordia digesta, à iustis saepe, ac per partes (ut se oculo dabat) sparsim (sicut & Scholastici veteres præfationes) ut constat testimonio, quæ ex Patribus, & Scholasticis pro luximus tota fere controuersia 3. citat. Ceterum ex sparsis his Patrum, & Scholasticorum testimoniis penetratis subtiliterque ad scholasticam formam & dicendum contextis, ac præcipue ex profunda concordia Anselmi meditatione, atque intelligentia, concordiam eandem opusculo integro rituali eadem edito noster Ludouicus Molina adeo promouit, & illustrat: illius Author magna sui & Societatis nostræ gloria apud scholas, non immerito, à plerisque habetur; calque magnam partem, viderint alij an meliorem, alicias horum, ut constat ex citata illa controuersia 3. ex ibidem iactis principiis, & controuersia 4. de voluntate d. 6. quæst. 2. & controuersia 6. de provid. d. 1. q. 2. certam, breui, & facillime concordia hæc explicatur: liberos quippe arbitrij, & operum, ac meritorum prædestinati, ac subinde consequentium gloriæ ab ipso, cum nihil in prædestinatione sit physice ac metaphysice cum prædestinati absolutis meritis prius natura conuersus, nec, qua mediatorum electionem continet (cuius efficacia intrinseca erga absolutam eorum appositionem solum est, ibique sistit, nec ulterius ad prædestinati opera menta, & gloriæ absolute apponenda progreditur: nec ratione scientiæ mediæ, quæ electionem illam dirigat, atque in prædestinatione clauditur: cum eiusmodi scientia purificata etiam conditione cum absoluta operum, & gloriæ prædestinati positione, physice aut metaphysice intrinsece connexa non sit, sed extrinsece solum connexionem logicam, & argutiva (ut sic loquar) mutuo accepta & eadem obiecti sui conditionati cum descripto absoluto, uti conditio, & hypothesis, sub qua futurum conditionate est, purificetur: neque ratione futuritionis gloriæ prædestinati ad eius prædestinationem prius suppositæ, quam intrinsece efficacem non esse, immò neque esse posse citatis locis ostendimus: nec ratione mediatorum efficacium ea electione preparatorum dispositurumque: cum de se, & intrinsece indifferentia futuritionis extrinsece ab opere ipso prædestinati conditionate futuro efficacia: sit plane, nullam physicam efficaciam, determinationem, aut necessitatem antecedentem

antem natura, & causalitate, siue ab intrinseco prædeterminationis, siue ab extrinseco præsupposita intentione glorie prædestinati, siue à mediis efficacibus prædeterminatione preparatis, & absolute dispositis ad prædestinati opera glorie, quæ ascensionem absolute absolutam præcedere: quare nec operum prædestinati, nec subinde glorie per illam obtinendæ contingentiam ac libertatem lædi prædeterminatione vitæ potest; siquidem sola determinatione, & necessitate antecedente natura, & causalitate respectu operis faciendi, siue, ut opus sit, lædi potest arbitrij atque operationis eius absoluta libertas, ut citatis locis ex Boëtio, Anselmo & ceteris Patribus, & naturali ratione demonstrauimus latissime. Vnde altera concordia pars ex parte libertatis arbitrij, & operum nostrorum cum diuina prædeterminatione facili est, atque ut reor apertissime demonstrata.

4. Neque vero ex parte certæ atque infallibilis causalitatis prædeterminationis, & infirmitatis ab effectu, & siue, ad quem prædeterminatio est, ob arbitrij nostri ad eiusmodi effectus, & fines prædeterminationis indifferentiam & cum eorum defectu, & negatione compossibilitatem (seu compossibilitatem, ac subinde in eorum effectum, & finem positionem, & ascensionem contingentiam, & libertatem ab arbitrio nostro exercitam, concordia ista deficiet. Etenim, licet ob præfaram arbitrij indifferentiam, effectumque, & finem absolute ab ipso apponendorem contingentiam & libertatem, quam posita etiam prædeterminatione ostendimus, necessitatem causæ, siue in absolute causando respectu illorum habere prædeterminatio nequeat: quare neque necessitati cauendi, & antecedenti ad illos absolute apponendos, innixam certitudinem, infallibilitatem, atque infirmitatem; aut, cum scientiam mediam de futuritione conditionata finis, & effectum prædeterminationis contingentiam, ac liberorum sub mediis eligendis, electio- nis ipsorum directricem prædeterminatio claudat: quare, & secundum intrinsecum sui: nempe scientiam mediam, futuritionem finis, & effectum conditionatam, si ea media eligantur, & apponantur, supponat, atque electione eorum absoluta, in prædeterminatione item intrinsece, & essentialiter inclusa, absolute apponantur atque contingentiam illorum conditiones purificantur: neque cum contingentis, & liberi finis, & effectus conditionate sui eadem mediis futuri prædeterminatione posita (que media, seu conditiones eadem purificat, & absolute ponit) absolute esse negatio finis, & effectum prædeterminationis vitæ potest: quare nec prædeterminatio sine, & effectibus suis frustrari: sed illos certo infallibiliter, & necessitate obtinebit: ea scilicet necessitate illos obtinendi, qua conditionate futurum purificata, positaque absolute conditione sua debet in absolute futurum transire, atque illico transire, eaque impossibilitate deficiente à futuritione absoluta, qua conditionate futurum absolute posita, & purificata conditione sua non esse absolute futurum minime potest: ea vero nec physica necessitas causalitatis, & antecedens natura futuri conditionatæ, purificata etiam conditione ad se ipsum absolute futurum, siue ad absolutam sui futuritionem est: sicuti, nec defectus, & negationis sui absolute impotentia physice antecedens, ac pro natura priori physica defectus sui impossibilitas, ut patet, ac ostendimus controu. 4. d. 2. q. 2. cert. 5. sed tam necessitas efficiendi absolute purificata conditione, quam impossibilitas, seu impotentia non efficiendi tunc absolute logica, arguitur, & consequentia, ac mere consequens est: quia nimirum id, quod est, & ex suppositione, quod sit, necesse est esse: ac subinde non esse est impossibile. Ea quippe solum necessitas eiusdem ad seipsum, ut sit, & impotentia seu impossibilitas, ut non sit esse cogitative potest. Constat autem consequentem solum necessitatem efficiendi, & impotentiam, seu impossibilitatem non efficiendi contingentis, & quantumvis liberi effectus, quamdiu est, siue ex suppositione, quod sit, ipsius contingentie, causæ suæ indifferentie minime officere. Dixi autem prædeterminationis necessitatem coniungentem cum absoluta finis, & effectus sui absolute existentia, ac proinde causalitatem eorum certitudinem infallibilitatem, atque infirmitatem ex præsupposita à scientia media (quam prædeterminatio includit) futuritio-

ne conditionata illorum sub mediis eligendis, & medianum purificationem solummodo, venit, esse immo illam ipsam, qua conditionata futuritio, contingentis cum sui absolute futuritione, posita absolute conditione, habet. Tum illius absolute futuritione, & scientia media, ac ratione ipsius prædeterminationem, extrinsecè, mutadque acceptam solummodo: si enim intrinsecam ipsam cum futuritione absolute contingentis, purificata conditione per prædeterminationem admittit, rem admittens contradictoriam, & impossibilem, ac simul contingentis libertatem euerteret. Vtrumque ostendi citatis proximè locis, præsertim ultimo.

5. Rationes alias afferunt Doctores nostri, Soarius cum suis præfinitoribus antecedenter, cum glorie per merita prædestinati obtinendæ, tum ceterorum actuum liberorum, & effectuum contingentium ipsius: quia (inquiunt) imprudenter quis efficaciter intendat, ac præfinit finem, aut effectum ab alterius voluntate, & arbitrio pendente, quin prius media potiora, tutioraque ad eius voluntatem ascendendam in illum, ut ab ea finem, seu effectum obtineat quam possit certo inuenire mente iudicioque, & discursu ex notis experimento similitum genio, & inclinatione illius, à quo effectus libere obtinendus præfinitus est, perquirat & coniectetur: saltem is qui futuri conditionate euentus sub hac, vel illa hypothesi, & peritiam rerum scientiam certam habere non potest, ut in viris cordatis, & sapientibus quotidie experimur: quo suo studio satis ostendunt totis se nisibus, & animi, & mentis contentione, quam possint, certam contingentis conditionati scientiam indagare prius, ut post modum illud esse, quo absolute efficaciter ex parte sua velint, & ab alterius libertate obtinere prudenter intendant, atque ex ea intentione aptiora, illique obtinendo ex præcognitis securiora media eligant, & apponant: ergo ad absolutam efficacem intentionem finis, & effectus contingentem, & libere ab alterius arbitrio obtinendi prudenter concipiendam expectanda est ab ita illum absolute efficaciter intenturo, quam possit certissima scientia euentus, seu finis ab alterius arbitrio obtinendi, sub mediis indifferentibus de se se, ut libertati eorum seruandæ oportet: atqui ita inuenturus, & præfiniturus absolute, & efficaciter Deum finem glorie, & effectus liberos prædestinato, atque ab eius arbitrio obtinendos, potest habere certam eorum, atque metaphysice infallibilem conditionatam scientiam: ergo, ut prudenter absolute efficaciter, & antecedenter eos intendat, ac præfinit, mediaque efficacit ex ea intentione efficaci deinceps eligat, & apponat, scientiam mediam finis, & effectus illius contingentis, & liberi prædestinato expectare debet, ut prudenter illos efficaciter intendat, ac præfinit, mediaque ad illos obtinendos suavis efficacitæ prædeterminatione sua eligat, & apponat.

6. Item: quia in quocunque efficaciter antecedenter intenturo, & preparaturo media ad effectum contingentem præuenire efficacis sue voluntatis infirmitatem, quantum potest, perfectio, ac præuenire minus, quam potest, explorata, Deoque indigna imperfectio. Hæc vero ratio supponit possibilitatem diuinæ præfinitionis, seu voluntatis diuinæ absolute efficacis & antecedentis de fine & effectum nobis contingentis, & libero, quin huius, & arbitrij nostri libertati officiat, dummodo voluntas, & præfinitio illa per scientiam mediam regulatur; eam vero sententiam aperte, ut arbitror, confutauimus controu. 4. de volunt. d. 6. quæst. 2. Ad præfens autem missis nostri Herize impugnationibus quæ inibi à nobis datas recident tandem, ut vergeant. Inquiri an electio mediorum efficacium cum glorie assequutione coniungendorum ordine prædestinatio à Deo habenda eam intentionem efficacem, & antecedentem actus nostros liberos, & gloriam per illos, ac subinde contingentem obtinendam necessario requiratur, necne? Si non requirit, scientia media ad prædeterminationem titulo antecedentis efficacis intentionis glorie ad prædeterminationem, & electionem mediorum efficacium, certo cum gloria prædestinati, & infallibiliter coniungendorum non requiritur. Siquidem ex non efficaci glorie intentione, & electio, & prædeterminatio illa haberi à Deo absolute potest. Requirit autem per hosce non potest.

qui

qui ex inefficaci haberi vramque à Deo absolute posse constanter defendunt. Sed nec per rationem potest requiri: quia cum præfinitio illa principium essentiale proximum, & sine quo non electionis, & prædestinationis sit, à qua sola, vel in hypotesi, vel absolute auxilia, & media illa efficacia certo, & infallibiliter conjungenda cum gloria prædestinati purificari, apponere possint: implicat ante præfinitionem electionem, & prædestinationem scientiam mediam præcedere uti eas regulas, quas essentialiter, & necessario supponit.

CERTAMEN III.

Prædestinationis ex inefficaci gloria intentione per scientiam mediam constituendæ ratio ulterior.

1. **L**essus noster de auxil. cap. 4. num. 16. Molina 1. part. quest. 22. art. 1. ad 2. quibus Herize subscribit citatis tract. 3. art. 22. cap. 3. num. 25. probant: quia, est eodem auxilio, sub quo gloria, & effectus noster contingens libere habendi essent, ex quacunque scientia simplicis intelligentiæ solum electo, & dato gloria, & effectus noster contingens absolute, & libere obtineretur: ac proinde neque gloriæ effectus contingens absoluta existentia, neque eorum cum auxilio cuiusque causalitate absoluta eo posito coniunctio directione scientiæ mediæ ad eius electionem, & appositionem absolutam, non habeant opus: alii perfectio diuinæ providentiæ ex parte Dei providentis requirit ut ante auxilij, & mediæ de se indifferentis electionem, & appositionem absolutam, quæ sub illo futurum, vel non futurum sit, si adhibeatur, adhuc ex inefficaci finis intentione, à Deo prænoscat ne cæco modo, & in incertum tendat, id quod latè ex scriptura Augustino, & Ambrosio recitatis à nobis certam. 1. n. 4. sub finem. Herize num. 25, & 26. fere toto probare contendit: ita vero, ut ad providentiam omnem diuinam obiectivè liberam saltem ex inefficaci etiam finis intentione generice sumptam, cognitionem euentus liberi sub medio eligendo si daretur, spectare Patres docuerint. Hoc autem generalius est quam testimonia Patrum, quibus probat: cum hæc de speciali providentiæ specie, scilicet prædestinatione sint: neque iam ab autoritate, sed à ratione de necessitate directionis scientiæ mediæ ad efficaciam mediorum electionem à Patribus, & à tota nostra schola asserta res agatur ut doctrinæ eorum & nostræ ratio Theologica assignetur in huius Doctoris & reliquorum Valsequez nostri assèclarum sententia negante prædestinatione efficacem voluntatem gloriæ prædestinati, supponi nec includi. Secundo non satisfaci obiectioni à se allatæ numero 26. quod ex inefficaci intentione finis, sicut efficaciam mediæ apponere ad illum obtinendum, neque obtinere Deus cogitur ita mediorum efficaciam conditionata scientia, sed solam possibilitatem efficiendi, sine astituitatem, & eorum de se se conducentiam ad finem simplici intelligentiæ prænosce debet, habebitque satis, ea siquidem scientia novit, quod satis est, ut cordate apponat mediæ, quibus finis absolute possit obtineri, quod solum intentio illa, vera quidem, & seria, sed inefficax reposit.

2. Quod si ulterius medium non solum actuum sit, sed de facto effectuum, & extrinsecus efficax, eoque finis, seu gloria de facto obtineatur ultra Dei intentionem non erit, (necum contra illam) cum illam non esse possibilem sed absolute existentem, & de facto à prædestinato obtineri verè desideret Deus & intendat. Confirmatur: quia providentiæ diuinæ erga reprobos, & præfinitos verè diuinæ, ac Deo digna providentiæ de eorum salute est, atque ex seria, veraque intentione, est inefficaci, salutis ipsorum à Deo præhabita, ac præsupposita est: immo, ut Herize, tam hic, quam

alias sepe supponit, æque eiusdemque scieratis, & præfinitionis in ipsorum, atque in prædestinatorum salutem: ergo in ea providentiæ salutis reprobos ex æque scieratis & præfinitionis in ipsam, atque in salutem prædestinatorum intentione præsupposita, nulla est Deo indigna imperfectio: atque ex simplici solum intelligentiæ conducentiæ mediorum providetur per illam reprobis de mediis ad salutem: ergo in primis de ratione prædestinati, Deoque dignæ providentiæ erga effectum contingentem, & gloriam, seu finem quempiam libere à nobis obtinendum ex inefficaci eorum intentione habita, vera est mediæ ad gloriam, seu finem contingentem auxilia, quam ex scientia simplici intelligentiæ de conducentiæ mediorum ad ita præintendam gloriam, seu finem contingentiæ similis obtinendum de mediis ad ipsam à Deo provideri: quandoquidem species aliquæ providentiæ verè diuinæ. Deoque dignæ ex simili inefficaci finis intentione salutis reprobos à Deo sola simplici intelligentiæ de mediorum conducentiæ ad illam obtinendam habetur. Infero secundo ergo perfectè, tenetè, & digne Deus ex sola scientia simplici intelligentiæ de conducentiæ mediorum efficaciam de facto providendi de mediis ad salutem similiter inefficaciter nec magis præintendam prædestinati. Negas consequentiam hæc: cæca ne temere, & cæco modo mediæ apponat ultra constantiam intrinsicam eorum ad finem prænosce debet, quem sint effectum habitura, ne imparatum, nec illis providum, providentiæ suæ effectus excipiant. Contra: ergo, & prænosce debet non solum scientiæ simplici intelligentiæ conducentiam mediorum, de qua providet reprobis: ad salutem, sed etiam scientiæ mediæ de reprobos abusu, & perditione prænosce debet, quem exitum mediæ sufficientiæ ipsius providentiæ eligenda & adhibenda habitura sint, ut de mediis illis ad salutem absque imperfectione, seque dignæ Deo reprobis provideat: ne imparatum ipsum, nec satis providum euentus providentiæ illius suæ erga salutem reprobos excipiant. Hoc autem & antecedenti contradicit & dogmati Theologico, in quo ipsum finitatem nempe Deum non providere reprobis de mediis ad salutem ex scientiæ mediæ perditionis conditionatæ ipsorum sub eis mediis si eis donentur, seu quia prænosce illis sub eis mediis periculosus: id enim est, ut pietate diuina indignum, & serie voluntati salutis eorum, & vero dolori de eorum perditione aduersum, & quasi de salutis eos perdere voluisse.

3. Sed enim ratio hæc nostrorum Molina Lessii & Herize si non ex prædicato vniuersali providentiæ diuinæ, ut postremus voluit reddatur) ne posita à nobis absurda, & impugnationes incurantur) sed ex prædicato specialis providentiæ perfectissimæ (simpli) modi prædestinatio Sanctorum ad gloriam est) dupli) fundamento ex iactis à nobis principijs controuersæ de providentiæ finem consistit. Primum ex suppositione, quod æqualiter inefficaci gloriæ intentione, & propositione, ut illam tam prædestinati, quam reprobis spectent, præsupposita, prædestinati præ reprobis spectent illa providentiæ perfectissimæ (prædestinatione reprobos) de mediis efficacibus ad eam de facto obtinendam provideat: cum tamen ex vi intentionis, & propositionis affectivæ Dei ad utrumque gloriam, prædestinati qui sunt, sufficientiam solum, nec de facto effectum habitura; iis autem qui nunc sunt reprobis, efficaciam auxilia, & mediæ ad gloriam habitura, quæ absolute effectum possit providere: si enim ex speciali ratione prædestinationis eueniat, impugnatio, ratioque necessitatis directionis scientiæ mediæ ad mediorum efficaciam prædestinati providendorum electionem, & appositionem absolutam prædestinatione exercendam, quæ insufficientiam solum pro reprobis providentiæ: & electione locum non habeat assignabitur: specialis autem ratio cur electio mediorum efficaciam prædestinatione includat, ac subinde eorum absoluta appositio ex æque inefficaci, nec magis propensa ad prædestinationem, quam ad reprobos salutem intentione præsupposita per scientiam mediam dirigi, ac regulari debeat, secus autem electio mediorum sufficientiam solum in providentiæ pro reprobis habenda ex dictis controuersæ de providentiæ di-

quæst. 2. cert. 2. a. n. 8. & cert. 3. petenda est. Etenim, licet ex vi æque inefficacis illius intentionis gloriæ, & salutis utriusque efficacis medijs ad salutem electio, & appositio habenda à Deo necessario non sit, haberi tamen absolute à Deo potest: ubi autem à Deo absolute habetur, dubio procul fini gloriæ præ intento obtinendo ab eo, respectu cuius ea electio habetur, directe quidem magis conducit; ac inseruit: eligere autem, & apponere medium fini vere ac serio præintento directe inseruiens, & conducentis, non vero ex scientia conducentis, & in seruitutis, (vt sic loquar) ipsius directæ ad ita præintantum finem serie illius finis intentioni, vt non aduersetur, minus sane concordat; ac plane euentus curam, quæ haberi absolute ex ea intentione ab eligente medium illud potest, negligi plane conuincit: quod quidem electionis, & specialis illius prouidentie, atque de medio efficacis ad finem ita prouidentis prædestinato ipsi, quæ prædestinatis imperfectio est: quare, & cæco modo, ac tenere de medio illo prouideri, vt imparatum, & quasi inuolutarium gloriæ absolutus euentus Deum prædestinantem inueniat vitio ipsi iure verteretur: in prouidentia vero medijs sufficientis ad salutem erga reprobos habita, cum nullo alio, quam intrinseca, & essentiali conducentia ad finem præintantum medium conducit, & inseruiat quæ tota simpliciter intelligenti, scientia sola Deo electuro innouescit. Scientia vero conditionata quæ sub eius hypothese à Deo electuro habetur haberi potest de non obtinenda gloria reprobi, si illud medium eligatur & apponatur, sit, quæ præintento fini aduersatur, atque eius intentione præsupposita ab eius electione Deum retardat, nec potest inducere, sit: quod ad eiuſmodi electionem sola simpliciter intelligenti de conducentia medijs illius, & possibilitate gloriæ obtinenda per illud inseruiat: quia ea potentia absoluta gloriæ à reprobo obtinenda per eiuſmodi electionem, & prouidentiam solummodo constituenda dignoscitur, tamen non vt dignis, & inducens ad eam electionem, sed ab ea potius Deum retardans comitante solum scientia conditionata de non obtinenda gloria sub illo medio, ita prouidenti, & omnis Deo adit.

4. Secundum rationis eiusdem tenende firmum etiam fundamentum adhibendum est ex dictis ead. contr. 6. d. 3. q. 2. cert. 2. a. 4. & cert. 3. n. 7. & 8. ubi serietatem, & propensionem veræ intentionis diuinæ (inefficacis tamen absolute) erga finem aliquem causis secundis liberis contingentem (qualis est finis gloriæ à creatura rationali arbitrio etiam suo obtinenda) minus, quam Scholasticis ceteris, perferentes inter plura alia scitu digna, deprehendimus: intentioni veræ, ac serie Dei inefficaci erga eiuſmodi finem tantam serietatis, ac propensionis affectum erga ipsum diuersitatem, & inaequalitatem, circa efficaciam absolutam, atque intra inefficaciam absolutam contentæ posse competere, vt Deum inefficaciter eum finem intendentem ad media solummodo efficaciam eligenda, & apponenda vi propensionis in finem illum intentionis (intra inefficaciam tamen) summæ determinare antecederet possit. Id autem minus res Theologicas habemus scrutantibus, atque de diuinis ad humanorum effectuum normas, & leges definitibus, difficile à deo cert. illo 2. a. m. 4. rationibus Theologicis complanauimus, atque emolliuimus; vt, an demonstrauerimus, his, vt minimam aliis iure esse possit: inaequalitates alias serietatis propensionis affectus in finem veris, serisque intentionibus intrinsecis certam, illo 3. reperimus, & adeo in aliquibus eorum minimam, vt ad efficaciam media eligenda Deum intendentem non solum adigere, sed vel agere nequeant, vel mouere, sed ad sufficientiam solummodo, & ex sufficientibus, & inefficacibus minima: eam vero in alijs, quæ vt cogere ad electionem efficaciam non valeat, mouere tamen, atque agere ad illam Deum intendentem possit, & hanc intentionem, nec summam, nec prope summam serietatis & propensionis affectus (circa efficaciam vero) attingere non debere ostendimus citato numero sexto ubi, & numero 7. ostendimus. Inde vero esse veram, ac seriam Dei erga reprobos etiam salutem inefficacem intentionem nec minimo vel circa circum serietatis, & propensionis contineri. Hac vero propensionis, & serietatis inaequalitate in intentione

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

nibus Dei efficacibus erga finem creaturæ rationali, contingentem, libereque eius etiam arbitrio absolute obtinendum (ac in re præsentem gloriæ à prædestinatis) deprehensa, adeo facilis; nec vna tantum ratio necessitatis directionis scientiæ mediæ ad electionem mediorum efficaciam pro Prædestinatorum gloria absolute obtinenda in eorum prædestinatione absoluta.

5. Prima: si intentionem salutis eorum summe intra inefficaciam absolutam nec illius consequenda libertatis, & merito prædestinati aduersam) serietatis, & propensionis ad ipsorum salutem esse dicamus; tunc enim ex ea intentione æque determinatur antecederet manet Deus ad mediorum efficaciam electionem absolutam, & appositionem, vt nuper dicebamus, ac si intentio illa efficax foret; ex ea vero antecedente determinatione media absque notitia efficacis ipsorum eligere absolute, & apponere æque imprudens (quantum ad eorum electionem, & appositionem attinet) foret, ac si ex efficaci salutis intentione & præfinitione ea eligeret, & apponeret: sed, quoniam paucorum ex prædestinatis salutem summa ea serietate, & propensione præintendisse Deum arbitror (vt de eximie, quos vocant, prædestinatis Theologi aliqui censent) nec nobis in re Theologica pro libito diuindandi genus est: etsi rationes Theologicae questione 3. pro horum numero decurtando non adessent: sit ratio secunda, eorum omnium salutem ultra mediocritatem, versusque summam serietatis, & propensionis præintantum à Deo fuisse: ex qua adeo seria, & propensa salutis ipsorum intentione in Deo præsupposita, minus etiam prudenter se Deus gereret, si mediorum efficaciam ad salutem prædestinatorum quam versus, ac fere prope summam serietatis, & propensionis intendebat, ante eorum electionem, & appositionem absolutam non prænoscit, media vtique scientia. At iniquis ex intentionis præsuppositæ serietate, & propensione in reprobos, qui sunt salutem, moueri Deus posset vt efficaciam ad illam auxilia conferret, quo in casu prædestinati essent, quin è physica, & morali determinatione intentionis præsuppositæ ad auxiliorum efficaciam electionem scientiæ mediæ necessaria directio probari queat. Respondetur ad questionem de facto, & necessitate scientiæ mediæ includenda in prædestinatione, quæ est ad directionem electionis mediorum efficaciam quæ de facto in prædestinatione includitur; quam certam, & infallibilem de confectione fuit, & effectus ad quam prædestinatio est, scriptura, Patres, & Theologi asserunt satis rationis assignari ex inaequalitate, & excessu serietatis, & propensionis ad prædestinatorum salutem in intentione diuinæ salutis ipsorum præsupposita ad electionem mediorum efficaciam; de quibus nunc de facto ipsis prouidetur: Tamen alias prædestinatio aliqua ex æque, nec magis seria, & propensa intentione salutis, quam quæ nunc ad prouidentiam mediorum sufficientium pro reprobis supponitur, non repugnaret, vt repugnare deinceps ostendimus.

CERTAMEN IV.

Rationes alie vindicantur.

1. **D**Vas alias rationes dedit nobis Valquez noster prima parte, d. 93. capite primo; numero quarto & quinto. Primum: quia tamen ex inefficaci intentione salutis auxilia efficaciam à Deo prædestinatis donentur, bonus tamen eorum vltus Deo, & principaliter tribuendus est ex scriptura Patribus, & Theologia tota, dogmatica etiam: ergo debet Deo auxiliorum efficaciam bonus vltus noster voluntarius esse. At nequit Deo esse voluntarius, nisi ex scientia media efficaciam ipsorum, siue futuritionis conditionate boni nostri vltus sub illis ab ipso donentur, vt patet: ergo ex ea scientia media debent à Deo donari. Secundam rationem sic instruit: vocatio con-

R t gius

grua, huc efficacius auxilium prædestinatione à Deo collatum rationem specialis gratiæ, præfufficiente à Deo alias conferendo, & reprobus collato, debet necessario habere, sicuti habere debent proprii omnes, & directi prædestinationis effectus. Atqui nequit auxilium, seu vocatio congrua, & efficacis rationem specialis gratiæ, & beneficii Dei habere, nisi ex scientia efficacis, & congruitatis ipsius bono vñ conditionate sub ea vocatione futuro constituta, & ex quo maius nobis bonum esse habet, vocatio illa à Deo donetur: ergo necessario ex scientia media efficacis, & boni illius nostri vñs conditionate futuri debet nobis à Deo donari. Maior est dogma Theologicum: minor probatur, quia quidquid commodi, bonique nobis, quantumvis magni, ab ignaro confertur, nobisque ex illo percipitur, beneficii, & gratiæ (necum specialis, & maioris gratiæ à Deo perceptæ) nequit rationem habere. Secundo: quia si nuda vocationis, & auxilij à Deo donandi, donatiq; de facto, bonoque ipsius nostro vñs conditionate futuro non attento entitas consideretur, cum sæpe reprobi crebrius, intensiusque vocentur, maior absolute gratia, & beneficium ex providentia erga reprobos ipsis, quam ex prædestinatione prædestinatis conferetur, contra dogma Theologicum præferam. Ratio vtrique displicet nostro Herize loco citato, impugnaturque impetu magno numero 24 per paginam integram; eius tamen impugnationes omnes facile examantur ex prænotatis num. 4. & inde deductis num. 5. Nituntur enim in eo omnes: quod, nisi ex præsupposita formali intentione efficacis gloriæ, aut consensu ad illius affectionem à prædestinato, vel saltem interpretatiua in ipsa medijs efficacis electione inclusa, quam nec ipse, nec Vasquez nec nos admittimus) nec specialis gratia in donatione auxilij efficacis, prædestinato, tamen ex efficacis eius conditionate scientia donetur, possit reperiri, nec bonus noster auxilij efficacis vñs Deo voluntarius reputari. Posita autem iniquitate, & excessu ferietatis, & propensionis erga salutem prædestinati, vel in summo, vel versus, aut prope summum in intentione absolute inefficaci, ex qua prædestinato præ reprobo auxilia efficacis donentur, aderit Deo determinatio antecedens ad auxiliorum efficaciam præ sufficientibus electionem pro prædestinatis, ac subinde in horum electione, & boni vñs ipsorum, & consequentis gloriæ à prædestinato interpretatiua voluntas, ratione quarum, & formalis intentionis præsuppositæ, vel summe, vel prope, aut versus summum ferietatis, & propensionis in prædestinati salutem, & interpretatiue in electione ipsa mediorum efficaciam inclusa (circa absolutam earum efficaciam, & connexionem intrinsecam absolutam prædestinati consensui, & cum salute) id totum specialis gratiæ, inefficacis auxilij donatione, & voluntarietatis boni vñs, & consequentis salutis à prædestinato ex directione scientiæ mediæ reperitur, quod ex formali, & interpretatiua intentione, ac præhensione efficacis absolute boni illius vñs, & consequentis absolute gloriæ ipsæ volebat reperiri.

2. Non possum autem non mirari Doctorem hunc, qui formalem consensum nostri liberi, & gloriæ per illum obtinendæ, ex qua præsupposita efficacis media prædestinato à Deo eligantur, & donentur auerfatur, & interpretatiua etiam in electione efficaciam inclusam, atque auxilium efficacis, quia efficacis, siue, ut efficacis eligi à Deo absolute, donarique prædestinato constanter negat; quia ea voluntate efficacis, & electione auxilij, quia, & qua efficacis, euerteretur actus nostri libertas, soarij rationem secundam impugnans numero 21. nihilominus ipsum adeo formaliter negare, & contentiosè electione auxilij efficacis è sola inefficaci intentione nostri boni vñs, & meriti, & consequentis gloriæ per meritum adiuncta etiam scientia media præntia, & dirigente, cuiusmodi electionem, consensum, & meritum nostrum voluntarium Deo esse, ipsique proinde principaliter tribuendum, & auxilij efficacis donationem prædestinato speciale beneficium, & gratiam ipsi à Deo collatam esse. Hæc quippe duo Patrum, & Catholicæ Theologiæ dogmata sunt, atque ita, quæ ex ipso nunc referbamur statutis inde solum defendi possunt: quod au-

xilio efficaci collato ex præntia, & dirigente scientia media de bono nostro vñs, & consequentis gloriæ donetur ipsius præ sufficienti electio absoluta, & collatio, & bonus eius noster vñs, absolute voluntarius Deo sit, eique præcipue tribuendus, & inde in longævioris medijs ex utilitatis maioris præscientia donatus, maior longe gratia, & beneficium donantis, vñs Vasquez, cum quo ipse in nuper relatis concordat, iustitiam: quæ autem in eis principiis opponit, scilicet, atque hic diluenda: cumque rationes dæ nostri Vasquez firmiores persistant, tum, ut non vna solum vñs nobis ostensa numero quinto, ex iniquitate ferietatis, & excessu propensionis in salutem prædestinati in intentione ad electionem mediorum efficaciam præsupposita, dogmata illa duo defendantur: dato etiam, quod ex æque omnino ferietatis, & propensionis salutis reprobis, ac prædestinatorum intentione, illis sufficientia, his vero efficacis media donentur, in qua suppositione Herize impugnationes procedant. Vltimus (ne aliquid, quod eius argumenta vix possent dissimulare) suppono: amorem etiam, seu benevolentiam, & complacentiam personalem, siue in personis prædestinatis, & reprobi; quam Dei misericordia ipsi conciliat, & ex qua ipsi vñs fini sui auxilia sufficientia absolute eligit & donat, esse prorsus æqualem. Huiusmodi omnibus admittis enucleandæ sunt Doctores huius rationes.

3. Prima eius impugnatione contra Vasquez rationes est: quia reprobus & prædestinatus in affectu salutis intentione diuina, æquales prorsus sunt: adeo, & in benevolentia Dei in personis vtriusque, nec alio affectu in Dei erga ipsos voluntate diffundit, sed in scientia: quia nimirum prædestinatus consensum conditionate sub auxilio donando Deus scientia media illum electionem, & donationem absolutam anteceditur prænotat; contra vero reprobis sub donando auxilia non consensum: nihil ergo voluntarij habet respectu Dei bonus vñs auxilij efficacis in prædestinato: siquidem nec electio illa ad bonum vñs prædestinati formaliter pertingit magis, quam ad bonum, vel malum vñs reprobi: quare neque efficaciam pertingit, quæ bono vñs prædestinati per nos constituitur: vñs quantum ad Dei voluntatem, & affectum actum, siue erga prædestinatum, siue erga collatum ipsi auxilium in nuda auxilij collati entitate sinit, quia indifferens in actu primo ad bonum eius, vel malum vñs, esse omissionem, prædestinatus constituitur. Atqui voluntas causa, & principij indifferens, quia indifferens præcisè non est virtualis, aut interpretatiua voluntatis effectus inde de facto obuenientis, ut patet de se: alio malus vñs auxilij sufficientis in reprobo Deo voluntarius virtualiter, & interpretatiue dici debet. Ceterum supposita solum intentione inefficaci boni vñs prædestinati determinatè, tamen electione ipsa auxilij efficacis ex intentione illa, & scientiæ mediæ directione boni eius vñs expresse, & formaliter non ametur, virtualiter, & interpretatiue amatur: ac proinde bonus ille vñs Deo voluntarius liberque est, ac præcipue ipsi tribuendus: etsi enim nuda auxilij entitate, quæ principium indifferens ad bonum eius vñs, vel ad oppositum constituit attentam eius præcisè sumptæ electione interpretatiua, & virtualis voluntas boni vñs non foret: Alit boni vñs determinate intentione supposita, atque virtute ipsius electione auxilij efficacis, sub quo bonus vñs conditionate futurus determinate est, & prænotatur potius, quam auxilij alterius sufficientis, non solum, quod datur reprobo et simili, & æquali intentione salutis, sed quod datur ex intentione eadem ponit ei, qui non est prædestinatus, electio ita prænoti efficacis auxilij voluntas virtualis, & interpretatiua boni illius vñs determinate prædestinati est: tamen non efficacis determinate respectu ipsius, alit affectiva: tum ob intentionem boni illius vñs determinate, quam essentialiter supponit, ac proinde intrinsecus concernit, tum ob determinationem logicam medijs illius ad boni vñs absolute præntionem, quam fore conditionate ante electionem absolute nouit, si illud auxilium donetur, atque electione absolute

& donatione ipsius absolutam necessitate consequente (ut supra diximus) facit, ac reddit. Ad determinatam ergo apponendum bonum vsum auxilij illius quem prædestinato determinat intendit, & infallibiliter apponendum prænotat, tantum determinatio- nis electio illa voluntaria & libera Dei ex intentione, & scientia media determinatæ futuri boni vsum, & necessi- tatis apponit, ac si physicam prædeterminationem appo- neret: tamen non apponat necessitatem antecedentem prædestinati, & boni vsum liberati repugnantem, sed lo- gicam solum, & consequentem: quod si ex electione medijs ab intrinseco efficacis, talisque præcogniti, est expresse, & formaliter præintendit effectus per illam non ametur: quia tamen ex illo indefectibiliter effectus ab- solutus erit, si adhibeatur, atque ex huius veritatis præ- scientia ad præintendit effectum eligitur, electio hæc interpretativa, & virtualis effectus illius determinare est, atque ratione illius ita habitæ electionis non solum eius medijs appositio absoluta, verum, & absolutus effec- tus voluntarius & liber eligenti: ita etiam Dei ex in- tentione vera, & serâ boni vsum auxilij à prædestinato, & scientia media futuri boni conditionatæ, si auxilium hoc ipsum præ alijs sufficientibus eligatur, electio, qua absolute auxilium hoc, ac subinde futuri boni vsum absolute necessitas apponitur, virtualis, & interpretativa boni illius vsum volitio libera erit. Deoque ita scienti, & volenti bonus ille vsum prædestinati voluntarius, & liber ipsique principaliter proinde tribuendus. Quod enim alterius scilicet prædestinati ad eum bonum vsum, & eius op- portum ferretur antecedens, & in actu primo indifferen- tia, & libertas sub ita electo auxilio, infallibilitati ac certitudini absolute consequentis ipsius sub eo auxilio collato, quæ solum ex parte intenditis curam, & atten- ditur non officit: unde eius ita electio electio virtualis, & interpretativa absoluti boni vsum est, & merito indica- tur: tamen obicit, quo minus electio illa, & voluntas ab intrinseco efficacis boni illius vsum absolute adhuc in- terpretativa, & virtualis sit, ac indicetur. Confirmatur: quia ideo, qui ponit medium necessarium, & determinans ad effectum maxime ex intentione ipsius effectus eius electione, & appositione censetur virtualiter interpreta- tive, velle effectum, formaliter, & expresse ea electio- ne non amatur: quia scienter, volenterque eligitur ali- quid cum illo connexum, & cum eius defectu incom- possibile: atque electione auxilij efficacis ad bonum vsum prædestinati ex huius determinate intentione, & scientia media de futuri boni vsum conditionatæ sub illo præcise eligitur, & ponitur scienter, volenterque ali- quid connexum cum bono vsum absolute prædestinati, & impossibile cum eius defectu logicè saltem: ergo ita illa eligens electione ipsa vult virtualiter, & interpreta- tive bonum illum vsum prædestinati.

5. Confirmatur vigentibus & præcluditur evasio, quæ posset tentari de connexionem, & impossibilitate absolutâ, & simpliciter tali, (quæ sola in medijs intrinsece effica- cibus est) ad effectum requisita ad interpretativam, & virtuales volitionem effectus per mediorum electionem, quin logica alia consequens, & secundum quid (quam solum in auxilijs efficacibus admittimus) sit facta. Etenim in virtuali, & interpretativa peccati voluntate (sive omissionis illud, sive commissionis sit) amor actionis prohibetur, quia delectabilis, vel actionis alterius incompossibilitatem actionem præcepta, & non omittendi prohibent consequentem, ratione formalis (ac nullatenus antecedentis, & simpliciter talis) incompos- sibilitatis, consequentique solum omittendi actionem, qua exerceatur, & sit, vel agendi oppositam contrariam, quamdiu illa libere exerceatur, & tamen amor virtualis peccati, nec expresse, & formaliter voliti, neque ama- bilis, virtualis, & interpretativus illorum amor est, ex eo, quod ex scientia necessitatis consequentis apponen- di actionem prohibitam, & contrariam præceptam omitti- tendi quamvis hæc libere apponitur, ratione incompos- sibilitatis consequentis actionis contrarie: ergo citius electio digna medijs efficacis a consensu, seu bono eius vsum conditionatæ sub illo ex scientia boni illius vsum conditionatæ, & necessitatis consequentis ipsius,

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

& impossibilitatis etiam consequentis illum omittendi, & apponendi vsum contrarium electo absolute, & ap-posito illo medio, est nullam antecedentem necessita- tem vsum, & impossibilitatem alterius affectat prædesti- nato, erit voluntas virtualis, & interpretativa Dei de bono illo vsum, ac subinde is Deo absolute voluntarius erit, & principaliter tribuetur. Præsertim, cum ea electio ex formalis, & expresse amore, & intentione boni vsum illius determinate essentialiter à Deo habeatur, eamque concernat: unde evanescit ratio illa, cui tan- quam fundamento à priori suam hanc primam totam in- pugnationem imponbat Herize; nempe voluntatem etiam efficacem principij indifferentis non esse volunta- tem virtutalem, & interpretativam alterius determina- ti termini, seu effectus indifferentis illius: id enim ve- rum est, si voluntas illa, nec ex scientia vteriori ne- cessitatis alicuius ad vnum extremum indifferentiæ, & im- possibilitatis alterius extremi principio indifferenti ad- iunctis habeatur, neque ex amore, & intentione for- mali extremi illius determinatæ, sed solum efficiendi po- tentiam, & principium indifferentis ad vtrumvis, atque adeo ex scientia solum ad id agendum necessaria: ut re- probis eliguntur auxilia sufficientia ex scientia simplicis intelligentiæ, non autem media mali vsum eorum sub ipsis, neque ex huius mali vsum sed potius oppositi boni vsum intentione; secus autem euenit in electione auxi- liorum efficacium pro prædestinatis, quæ, & ex intentio- ne boni vsum determinatæ, & ex scientia media adiu- ctæ auxilijs illis logicæ, & consequentis determina- tionis, & necessitatis efficiendi bonum illum vsum, & impossibilitatis similis efficiendi oppositum sub eis adeo habetur.

6. Rationem aliam gratiæ, & beneficii specialis in electione, & collatione auxilij efficacis prædestinato præ collatione sufficientis, si ipsi daretur, daturque re- probis non stare contendit in memoratis principijs He- rize inefficacis intentionis salutis prædestinati, æque ac reprobi, adde, & dilectionis æqualis personarum virtutis: quia electio illa, est interpretativa, & virtualis voluntas, absoluti boni vsum, & gloriæ per illum à prædestinato obtinenda sit, nisi tamen expresse efficacia auxilij, ac subinde bonus ipse vsum, quo in ratione effi- cacis constituitur ea electione, quantumvis ex scientia media boni eius vsum, & efficacis medium ametur, so- lum indirecte amabitur, & bonus vsum, & medijs effi- cacia: atqui in hoc non stat ratio maioris gratiæ, & beneficii in donatione auxilij efficacis præ sufficienti: Ergo maioritas gratiæ, & beneficii non amatur à Deo illud auxilium eligente & conferente electione illa for- maliter, & directe, sed materialiter, & indirecte: ergo Deus illa electione auxilij inefficacis præ sufficienti non est formaliter specialis, & maior benefactor prædestinati ex quantavis media scientia illud donet. Pro- bat consequentiam: quia maioris, & specialis hæc be- neficentia honesta est: ergo eius honestas, ipsaque ma- ioritas propter seipsam debet amari ab eam exercente, & formaliter eam habituro: nec satis erit maioris benefi- cij, & gratiæ maioritatem materialiter, indirecte, & in- terpretative ea electione amari, ut ex ea honestate, & virtute, atque, ut specialis benefactor, Deus se erga prædestinatum gerat: sicut sufficit ad vitium, & inhonestatem eius contrahendam ipsam materialiter, & indire- ctè velle: quo à virtute discriminatur. Adde beneficij, quasi animam, & formam ex benevolentia, & amore, seu complacentia in persona desumi, quam æquam erga reprobam, cui sufficiens, & prædestinatum, cui effi- cax auxilium confertur in Deo esse supponimus; ac proinde nec potest alterum altero esse formaliter am- plior gratia, aut beneficium maius. Argumentum hoc, ut ab Herize proponitur levis est ponderis, ac etiam strictius à nobis instructum. Maioritas enim doni, quod confertur honestas formalis virtutis sue bene- ficentia, sive charitatis non est, sed eius materia amplior solum: quare ipsam formaliter, & directe, qua talem, amari ut maior gratia & beneficium for- maliter conferatur opus non est, sed materialiter so- lum & indirecte: id scilicet, quod maius donum est ob formale beneficentia charitatis ex scientia maiorta- tis, & commodi amplioris doni illius ei, cui confertur, do-

R. a. nanda

nando: adstante enim forma beneficentiae, & charitatis, & affectu donantis ob eius virtutis formale motum, (quod ea materia in qua exercetur maiore, vel minore, nec diuersa est, nec augetur, nec minuitur, ut patet) materia maiori applicitur maiorem gratiam, & beneficium constituit; minori vero applicitur minus, dummodo scienter, ac voluntarie à donante absolute applicetur, quod ut vidimus ex scientia media habetur.

7. Et ratio est: quia maioritas beneficij sumitur à materia doni, & beneficij, non à forma, seu affectu beneficentiae formalis: ut patet in eo, qui ex feruentiore amore in aliquem minus longè, quam alter, qui ex amore, & complacentia absolute in ipsum sed minus ardenti multo maius donum, sciens, & volens conferret: dubium enim non est, quin is magis in donatarium beneficis liberalis, & benefactor formalis esset, quam alter, qui ardentius eundem donatarium amans, complacentque in illo, sciens etiam, volensque donasset minus; licet ob feruentiorem, intentionemque amorem, & complacentiam erga ipsum magis, seu maior eius amicus, quam largior alter donator foret. Cuius ratio est: quia amicitiae, & charitatis magnitudo ex affectu sumitur; aut beneficentia, & largitas ex doni magnitudine vtro, scienter, ac subinde voluntarie, gratuito, & quia donatio bonum, non autem donanti commodum taxatur: quare non opus est, ut alter, quam, ut virtutis exercendae materia oporteat, ametur ad maius donum, & beneficium donatoris constituendum: materia autem virtutis exercendae virtualis, & interpretatiue amor est factis, dummodo forma seu formalis motui virtutis illius amor adfit expressus: in quo virtus à vicio per Theologos omnes, ut dicebat Herizze, maxime differt: quod, ut hoc formaliter contrahatur, exerceaturque ac formalem constituat peccatorem eius turpitudò, & inhonestas amari, nec debeat non possit, formaliter, & expresse, neque ob ipsam actio praua sed indirectè virtualiter, & interpretatiue eam amari sit factis ut patet: quibus & argumentum, quod in confirmationem impugnationis ab Herizze proposita subiunximus manet solutum. Sed, ut magis virtutis oppositiōis infirmitas appareat. Adde limitationem eius regulæ generalis de necessitate expressi, & formalis amoris honestatis virtutis exercendae, ut amor, & exercitium formale virtutis illius, atque eius induat formalem honestatem, quam notabam, & probatam controu. de virtutibus: eam nimirum intelligi in aliis omnibus præter beneficentiam, & charitatem, seu amicitiam: limitationis ratio est aperta; quia tum charitas, & amicitia & beneficentia ex complacentia personæ, quam amamus, cuique benefacimus haberi, exerceri debent, quin ex amantis, & benefactoris formaliter talis complacentia haberi formaliter, exerceri possint: ut autem ob honestatem, quæ in eis virtutibus, seu qua honestas earum amor, & exercitium formaliter amentur, & exerceantur, opus est, ut ex amantis & benefactoris, (qui terminus est essentialis eius honestatis est) complacentia, seu, quia ipsis ita amare, ac benefacere ita honestum est habeatur, eiusmodi exercitium, & amor, neque ob alterius in eo exercitio commodum, ac bonum exerceantur, atque ex eius demum complacentia sed nostri amentur, & exerceantur actiones illæ: quod est ab honestate propria, ac formali charitatis, seu amicitiae, beneficentiae largitatis, & gratiae deficere. Hac ratione principium illud, quod apparentiam impugnationi, quam diluimus, afferebat ad rem præsentem euacuatur. An vero possit auxilium efficax, ut tale præconium à Deo ad eius absolutam electionem, & collationem prædestinato, ita etiam salua in eius bono vsu libertate, & merito atque assequutionis gloriæ prædestinati per illud, à Deo conferri, quod toto eo capite supponit Herizze impossibile, videbimus iam certamine sequenti.

CERTAMEN V.

Necessitas directionis scientie mediae ad electionem mediorum efficacium prædestinatam probatur ultimo, & ab obiectione huc remissa ex certamine primo, numero septimo rōdicatur.

1. Ceteris fufus necessitatis directionis scientie mediae ad prædestinationem necessitatis, & electionis ab scholæ nostræ Doctores primis, ac primariis examinaui, stabilui, atque ab aliorum contrariis contra illas difficultatibus præcipuis allentis: quæ supponi potius à nobis Recentioribus, quam probè obiter, ut summum, ac frigide, ratione vna, vel altera breui atacta non fundata ne memoratis videretur solutis Herizze nostri contra eorum præsentiam non ad modum Recentibus impugnationibus præcipuis animaduerti: id quod pauculis nollis Recentioribus directionis necessitatem impugnandi, & defensionem fors dedit, & facilitatem: dum data tactatque ab Herizze difficultates, nec apud ipsum, nec apud alios ex instituto viderent solutas: idcirco eas omnes ex instituto questione hac dilucere, & eamque valde ratione fundare necessitatem opere prælo non vix fore indico. Adde necessitatis eiusdem rationem primam, atque ex proprie dictæ prædestinationis naturæ essentia, & definitione immediate decompromittam: eam prædestinationis Theologica proprie accepta, & ad gloriam, est antecedens, & tempore, & natura destinatio prædestinati ad gloriam, & salutem per media illi voluntate præparata, & suo tempore conferenda. At antecedens hac destinatio ad gloriam à Deo, aut scientia media in voluntate, & electione diuina cuncta illa media præparentur esse non potest: ergo necessitatio eorum electio prædestinatio Dei ex scientia media esse debet. Maior est Patrum dogma & Theologorum omnium. Minor probatur: destinatio aliorum ad aliquid proprie, & essentialiter dicitur aliquam formam eius determinationem ad illud, quæ requiritur vixit (ut sic dicam) termini, & distinctioni ad illud & alium ergo, qui ab alio destinatur ad aliquid, in eo, per quod, seu medio quo destinatur ad illud, determinationem aliquam debet recipere ad illud, nec potest destinari medio aliquo, quod omnino indifferenter ad illud, & aliud se habeat, atque omni determinationem ad illud potius, quam aliud prius careat: ut patet in destinatione, & missione sagitte in scopum à sagittario, à quo impulsus, quo in illum determinatè teritur debet recipere: atque ratione aperta: si enim ab illo medium ad id, ad quod destinatur, vel aliud omni differentia indifferens, & indeterminatum prius reciperet, non destinaretur ab illo ad id, ad quod destinatur ab ipso diceretur: tamen, ut ad aliud, ex medio in differentia omnimoda, poterat ad illud, ad quod destinari ab illo alio dicitur, ab alio quouis, vel casu, vel forte, fortuna, vel destinati, quem dicit, vel alieni à destinante arbitrio, perueniret.

2. Ast cum medium, quo prædestinatus à Deo destinari, seu prædestinari ad gloriam libere, & meritorie, seu per bonum, & meritum eius vsum obtineat potest de se, & ab intrinseco indifferens ad vtrumque esse debeat, nullatenusque efficax essentia, & determinate sua ad bonum eius vsum determinans, & determinatus (in nostra schola scientiam mediam admodum in qua vna disputamus, & discimus, ac fuit vltimus in simili contra decretum concurrendi prædestinationem tom. 1. de Deo vno controu. 3. tota d. 1.) ut à Deo destinante determinationem aliquam accipiat prædestinatus

prædestinatus ad gloriam per bonum vsum medijs illius, ac meritum, necessitatem determinationemque boni vsum cum eius medijs & arbitrij indifferentia, ac subinde cum eius boni vsum libertate componibilem prædestinatus ad gloriam electione debet recipere: & scienter quidem: cum non irrationalis insipiens, cæca, remerariæque, & imprudens & quæ ipsius destinationi tribui nequeat, sed rationalis & sapiens, cordata, & prudens destinationis Sanctorum ad gloriam esse debeat: sed necessitas, & determinatio boni vsum medijs, seu auxilij de se indifferentis, & extrinsecus efficacis electione prædestinatus eligendi & apponendi, & cum eius & arbitrij indifferentia atque vsum eius libertate, & merito componibilis, solum esse potest consequens consequens & logica à futuri conditionata boni vsum auxilij, si donetur, à quo efficax illud redditur, & absoluta auxilij eius per electionem prædestinatum positione: ergo necessitas hæc consequens, & logica à futuri conditionata consensus sub auxilio illo ut absolute eligatur, & donetur à Deo sciri debet ad, & ante absolutam eius prædestinationem electionem, ut scienter eam determinationem & necessitatem boni illius vsum cum auxilij & arbitrij indifferentia & boni vsum libertate componibilem à Deo prædestinatus recipiat, ac proprie ad eo prædestinetur. Sciri autem id scientia nulla alia præter scientiam medium potest: ergo scientia media præcedentia, & directio ad electionem auxilij efficacis prædestinatum, siue ad prædestinationem necessaria est. Evasio de sufficientia comitantia scientie media præclusa esse controu. 6. de prouid. d. 2. q. 2. certam. 3. Neque huic argumento aptari facile potest. Ni enim ex scientia dirigente ad destinationem ipsam determinationem ad bonum vsum, ac meritum, gloriæque consequentem formaliter recipitur destinationem, ac determinationem scienter, & prudenter à Deo esse non potest: tamen scientia media Deo eligenti medium comitanter electioni medijs auxilij: nullatenus enim destinationem scienter, & prudens electio ipsa erit, neque à Deo erit determinatio, ut ex dictis patet.

3. Quæ contra boni vsum illius libertatem ex directione, ac præsuppositione scientie media ad electionem, collationemque auxilij efficacis absolutam opponuntur à Recentioribus nonnullis discissimus citato proxime loco ex controu. 6. certam. 3. atque ita, ut eorum meminisse amplius non oporteat. Aliunde tamen contra necessitatem directionis scientie media ad prædestinationem electionem auxilij efficacis opponens. Scientia simpliciter intelligentie, seu potius visionis omnipotentie sue, sola Deus nouit in ea contineri cumulum auxiliorum, cui toti coniunctum nequeat de facto prædestinatus quis resistere, seu in quo auxilium aliquod rei de facto ille consensus sit, si donetur continetur: ut cum S. Thoma supra docuimus & d. 3. quæst. 1. ostendimus. Ergo ex eiusmodi scientia destinati, seu prædestinati quis poterit à Deo ad gloriam, & salutem pro priori ad scientiam mediam de futuro conditionate bono vsum prædestinati, & gloriæ consecutione per ipsum, si detur auxilium illud in illo cumulo contentum, sub quo determinate consensus conditionate est, si donetur. Nego consequentiam in nostra doctrina facillime. Cum enim, ut diximus prædestinatio essentialiter determinationem, & necessitatem consequentem boni vsum auxilij, & consequentis gloriæ absolute per illum in voluntate diuina preparante illam prædestinato importet eaque determinatio consequens, necessitas boni vsum, & consequentis gloriæ in voluntate illa ex scientia omnipotentie sue continente cumulum illius auxiliorum possibilium, nec ratione sui nec ratione scientie, ex qua adeo habetur, quaque dirigitur, & regulatur, inueniatur, sit expectandam esse scientiam mediam boni illius vsum, & consequentis gloriæ per ipsum sub auxilio determinato, & singulari in cumulo illo auxiliorum omnium contento, sub quo determinato consensus conditionate futurus est, si donetur: ex qua, & electione absolute, collationemque auxilij illius determinati per illam regulatam, atque directam consequens, & logica necessitas boni illius vsum absolute, & consequentis absolute gloriæ habetur. Hoc inquam in nostris principijs apertissimum est.

4. Nam scientia illa omnipotentie, & cumuli illius auxiliorum possibilium in eius virtute contentorum præcisè solum representat Deo possibilitatem alicuius auxilij indeterminatæ, & vage, sub quo posterius prædestinatus consentiret, si donaretur. Unde ex ea scientia quodcumque determinatæ, & determinatum eligatur (cum illud, sub quo consensus prædestinatus sit, si eligatur & donetur) non eligatur scienter à Deo, siue ex scientia determinationis, & necessitatis logicæ, & consequentis boni absolute eius vsum, & absolute consequentis gloriæ prædestinato, quam reuera defert, ac deuoluit, & quæ à Deo scienter destinari in eum bonum vsum, & consequentem gloriæ absolutam determinatæ prædestinatus gloriæ absolutam determinatæ prædestinatus ille à Deo dicitur, ut ab ipso prædestinetur, ut vidimus: ex ea igitur scientia solum potest Deus immediatè, & proxime procedere ad intentionem gloriæ voluntatem huius prædestinandi præ alio, & neque ex hac præcisè illa determinatio, & necessitas illa gloriæ prædestinati per eius merita contineri in nostris principijs potest: Cum ea efficax de se se absolute esse nequeat: quia, antecedens cum sit boni illius vsum, & consequentis gloriæ per illum libertati repugnaret: quare, etsi intentione inefficaci gloriæ, & scientia omnipotentie, totiusque continentie auxiliorum pro prædestinando possibilium positæ, indifferens adhuc manet Deus, ut illum destinet, vel non destinet gloriæ, neque ullam determinationem, ac necessitatem adhuc logicam, & consequentem concernit nec ipse sciens, & prudens in prædestinandum deuoluit, quovisque natura, intentionaliter posterius auxilium, sub quo determinato consensus: gloriæque obtenturus conditionate est, si donetur, consensusque, & gloriæ consequentem conditionate sub illo, si donetur, scientia media prænouit ex eaque illud absolute eligens, & apponens consequentem & logicam illam necessitatem, & consensus, & liberæ consequentis gloriæ prædestinatorum auxilio illo collato defert, ob quam ad gloriæ finem absolute consequendum determinatè destinetur, & verè, ac proprie prædestinetur, ut ratione postrema numero 1. & 2. ostendebamus: eam vero præluxisse præcipue S. Augustino, & S. Thoma definitionibus suis dubium mihi non est, & de S. Thoma ostendi certam. 1. numero 7. dum aliis difficilem, mihi facillimum textum explicarem. De S. Augustino ex sue definitionis verbis constat apertius. *Præscientia, & preparatio beneficiorum seu auxiliorum gratiæ Dei, quorumnam? Quibus certissime liberantur quatenus liberantur, id est illis ipsis, quibus de facto, & certissime liberantur.*

5. Hinc deducet: præscientia, seu intentione efficacis gloriæ ante præstita merita (quam Soaristæ admittunt) siue ex scientia illa præcisè omnipotentie, & cumuli totius auxiliorum in eius virtute inclusorum præcisè, siue ex scientia media (ut Soaristæ hæcenus explicarunt) à Deo habita, & concepta prædestinationem formaliter stare non posse, quovisque auxilij electio absolute regulata per scientiam mediam (permixta eius cum præscientia illa compossibilitate) consensus liberi, & consequentis absolute gloriæ per ipsum ita electi sub eodem ipso determinato auxilio posterius accedat: ea siquidem auxilij absolute electione formali, & præparatione beneficij Dei, sui auxilij gratiæ ille, cui eligatur, & preparatur absolute in Dei præscientia, & voluntate certissime liberabitur: non autem illa ad gloriam illius electione, seu efficaci intentione ac præscientia ex qua ad auxilij eius electionem proceditur, tamen eo ipso, quod efficax ad gloriam illius electio sit, virtualis & radicalis prædestinatio esse debeat: ea siquidem posita determinatus vere intentionaliter antecederet manet Deus ad auxilij efficacis absolutam electionem, sub quo (iuxta Soaristarum præfinitorum explicationem) conditionatam futuri consensus liberi, & consequentis gloriæ, antequam gloriæ electionem, & intentionem efficacem conciperet, prænouit, vel prænotet iuxta regulationem aliam intentionis efficacis, seu electionis illius ad gloriam ex scientia omnipotentie, & cumuli auxiliorum possibilium in eius virtute inclusorum: sed tamen intentione hac efficaci ad gloriam, ex qua Deus determinationem præ-

parandi media certo gloriam obtineat antecedentem formaliter recipit, non recipit formaliter & proxime ita electus determinationem illam consequentem, & logicam adhuc in voluntate Dei necessariam, ut formaliter sit prædestinatus, siue ad gloriam per media destinatus, infallibilis, quovisque hæc eligantur. Ex qua electione proxime, & immediate donetur ei in vitam æternam electus ille transmittatur, ut S. Thomas aiebat, per proximum eius effectum prædestinationem definitus, ut vidimus certamine primo, numero secundo.

6. Sed huius occasione video apud præfinitionis antecedentis de nostris liberis actibus regulatæ per scientiam mediam, carum concernentis Patronos Recentiores nostros magnam litem excitari: an scientia sola omnipotentis lux, que ratione cumuli auxiliorum in eius virtute contentorum creaturam quamvis, quo velit ducere Deus potest inspectata scientia media post necessarium ipsi Deo adfuturam de auxilio determinato cui creatura consentiet, si donetur, possit Deus consensum eius liberum præfinitione salua æque libertate, ac si scientia hæc conditionata consensu liberi præfinitionem diuinam præcederet? Nostri certe nihil ea questio refert, qui utraque scientia regulatas præfinitiones consensu liberi nostri cum eius libertate, & suo proinde obiecto repugnare ostendimus controu. 4. de voluntate d. 6. quest. 2. Sed Herizæ (cuius non refert maioris, quia eadem præfinitiones horret) regulatas per scientiam illam omnipotentia magis exhorret, indignaque Deo censet, citata d. 22, c. 3, num. 19, versu. *Secunda quod*, quem imitantur Recentiores alij, qui putant Deum ita præfiniturum ex scientia confusa de conuersione aliquo vage auxilio ex inclusis in cumulo illo auxiliorum, & quasi tentando cumulaturum auxilia ex ea scientia ad actum præfiniturum: ego vero quest. 2. citata præfiniturum sententia admittit regulatam per scientiam potestatis suæ ad conuertendum quo velit rationalis creaturæ cuiusvis voluntatem admitti posse non dubito absque ulla scientia confusione & vagitate, & præfinitionis diuinæ imperfectione. Hæc enim veritas obiectiua vna & determinata est, in cuius proinde scientia, nequeat esse vagitas, & confusio: nimirum Dei potestas, & Dominium, & creaturam rationalem verat liberæ, conuertatque quo velit & in cumulo subinde auxiliorum de se indifferentium aliquid esse cui sit responsura: quare, & id Deus necessario absque ulla confusione cognoscit, nec pro illo signo amplius ex qua cognitione absque frustrationis decreti sui periculo physico præfiniturum potest actum liberum & gloriam per illum cum tali intentione & modo ni eorum libertati præfinitionis efficacia & connectio antecedens cum ipsis efficeret: nec pro tunc ad cumuli illius auxilia indiuiduatim, disunctimque percurrenda, ut cuius ex illis consensum rationalis creatura sit, perquirat, nec nisi disunctim dispiciat diuinus intuitus descendit; sed ea necessaria veritate primam cognita, & creaturæ actu libero præfinito singularitatem auxilia cumuli illius simul cognoscit, & sub quibus determinate consensura, sub quibus non consensura sit, si donetur: ac vi præfinitionis illius ex primis, si plura sunt, vnum eligit. An vero necessitas consensu sub aliquo auxilio collectionis illius conditionatæ futuri, si donetur creaturæ rationalis libertati obicit, alterius loci difficultas est: nempe disputationis tertiæ, questione prima, ubi per otium examinabitur.

CERTAMEN VI.

Aliqui Recentiorum scrupuli expediuntur.

1. *Scrulus Recentiorum primus est: An, ut ex prædicta intentione inefficaci salutis prædestinati per bonum vsum auxilij efficacis scientia media præuen-*

te, & dirigente eligatur illud auxilium, quia ita efficax prædictum a Deo est, nec nisi efficax prædictum ab ipso eligendum, oportet voluntatem illam Dei efficacem reflexam de non dando eo auxilio, nisi efficax sit ad ipsam electionem, quasi natura, præcedere, an insuper tunc boni vsum nostri, & consequentis salutis, & gloriæ per ipsum libertati officeret? Circa primum interdictum decretum illud, ut Deus eligat, reflexe, & conuertat auxilium efficacem, quia prædictum efficax, non collaturus, & electurus si inefficax esset prædictum censet Recentior contra quem dicendum est: nullo talis decreti reflexi interuentu opus esse, ut auxilium efficacem, quia prædictum efficacem, nec aliter eligendum, dandumque de facto a Deo eligatur, atque donetur, ex quacunque intentione salutis efficacis, vel inefficaci. Probatur ex intentione efficaci regulatæ per scientiam mediam de futuritione conditionata boni vsum, & affectionis gloriæ per illum, quam hic Author possibilem, & compossibilem cum boni vsum, & affectionis gloriæ libertate ait: quia ex ea intentione efficaci manet Deus antecedenter determinatus ad eligendum auxilium prædictum efficax conferendum, negandumque, quod videtur inefficax: ergo opus non est interuentu decreti illius non solum, ut eligat & conferat sed, ut determinatus antecedenter sit ad necessarium eligendum, & conferendum auxilium efficacem: quia prædictum efficacem, quia eligi ab ipso possit, si fuisset prædictum inefficax. Nec plurius eget patet huius probatio. Altera pars ex intentione inefficaci præsupposita ad electionem æque facile probatur. Quia, et si ea intentio inefficax non determinet Deum, ut efficax auxilium prædictum præ inefficaci eligat necessarium, & apponat; aut non obest, quo minus libere ex eius efficacis prædicta ad illud præficientem eligendum, & conferendum mouetur. Da igitur ita de facto motum (ut potest) ad eius electionem, & collationem, tunc ita a Deo electam esset & collatam de facto, quia efficax prædictum, ut non daretur, eligereturque de facto, nisi prædictum esset efficacem: tam certum est, quam aliquid certum affectum quemvis voluntatis, deficientis huius motui ex quo conceptus a voluntate de facto est: defecturum: quia essentia sua affectus quivis a suo fine, & motui dependet; & tamen decretum illud relictum non intercedit.

2. Circa secundum censet idem author ibi interuentu eius decreti reflexi de non dando auxilio, nisi efficaci boni vsum nostri, & affectionis gloriæ per illum libertatem possum ire saltem planam in schola nostræ principis. Dicendum secundo contra ipsam plene in nostris principis eo decreto relictæ interueniente esse seruandam libertatem. Ratio est prompta: quia decretum conferendi auxilium, si prædictum efficacem, secus si inefficax solum habet efficaciam conditionatam sub conditione scientiæ mediæ terminatam, & ultimo connectam antecedenter, tanquam cum termino ultimo efficacis, & connexionis suæ ad auxilium, si efficacem præuideatur, & ad eius negationem, si videtur inefficax: ergo purificata conditione per subsequantem scientiam mediam de futuritione conditionata nostri boni vsum auxilij, & consequentis gloriæ, & salutis, seu efficacis auxilij solum habet connexionem, & efficaciam absolutam antecedentem cum absoluta existentia auxilij illius, nec aliam antecedentem connexionem habet, efficaciamve absolutam cum bono vsum, in quo neque actiuitatem in illum, nisi mediatam ratione actiuitatis immediatæ, quam in illum habet auxilium illud, quod necessario ex eo decreto reflexo, & subsequente scientia mediæ de efficacis illius eligendum, appropinquandumque absolute est: atqui auxilij illius connectio, & necessitas actiua, & antecedens cum nostro bono vsum ipsius nulla est, sed solum logica, & consequens: actiuitas quippe eius ad illum determinata & determinans ad bonum vsum potentiam, seu arbitrium non est sed indifferens nostræque arbitrio subdita: ergo non tollit boni vsum nostri libertatem. Patet ex sæpe a nobis dictis ac demonstratis. Scholæ nostræ principis: nempe solum necessitatem antecedentem naturæ, & connexionem causæ ex suo priori causalitatis actus libertati ostendere posse. Secus autem, quæ logica solum, & consequens sit, ex futuritione conditionata actus libertatis eo auxilio

auxilio, atque extrinseca huius efficacia, & eius absoluta positione.

3. Confirmatur ex doctrina Suarezianorum præfinitio-
rum nostrorum actuum liberorum, qui suarum præfinitio-
num absolutam connexionem cum actum præfinitio-
rum libertate inde componi putant, quod media solum
actuitate indifferenti auxiliorum actus præfinitos agant
absolute, & cum ipsis connectantur; tamen quia falso
& male connexionem præfinitionibus intrinsecam cum
actibus cum earum actuitate mediata, & ratione auxilio-
rum confundunt, difficultatem non solvant; solueretur
autem, si intrinseca connexio earum ultra absolutam au-
xilij efficaciam positionem non procederet, ut in casu no-
stro non pergit. Confirmatur secundo, ex communi no-
strorum omnium doctrina qui ex statibus nostre scholæ
principij disputant in terminis: an præfinitio actus li-
berti est sola scientia dominij & potestatis sue nostrum
arbitrium eiusque liberos actus ratione cumuli auxilio-
rum in sua omnipotentia clausuram inexpectata formali
scientia media de his quibus determinate consentimus
post modum adfutura, ut præfinit, sit Deo possibilis?
quam præfinitionem tamen Herizæ nonnulli; alij im-
possibilem censent ratione imperfectionis & indecen-
tiæ: Deo indigne quam is præfinitendi modus includit,
nemo tamen fere eam rejicit; quia præfinit actus liberi-
tati absolute aduersetur nisi regulas etiam per scienti-
am mediam actuum nostrorum præfinitiones eorum
libertati absolute aduersas nobiscum defendat, ratione
intrinseca & antecedentis natura & causalitate neces-
sariis & connexionis earum cum absolutis actibus præ-
finitis, & subinde impossibilitatis antecedentis absoluti
defectus eorum, ut vidimus certamine 5. num. 6. cum au-
tem, ut nuper diximus numero 2. decreti illius reflexi
de non eligendo, dandoque auxilio, nisi post modum
præfinitum efficax scientia media fuerit, dandoque &
eligendo si tale fuerit posterior præfinitum absoluta con-
necio, posita etiam scientia media & purificata condi-
tione cum absoluta auxilij efficacis existentia sit, ibi-
que sitar neque ad absolutam actus nostri tanquam
ad terminum essentialem à se connotatum alterius pro-
grediatur, sit plane actus nostri absoluti libertatem,
nec vera ratione, nec in scholæ nostre principijs laxi;
immo vero Doctorem nostrorum, qui ea principia per-
cussere, sententia, libertatem eo etiam reflexo decreto
dandi auxilia si efficacia præfinita fuerint secus si ineffi-
cacia fartam tutamque ferari.

4. Sed videamus quid habeat roboris argumentum
quo in scholæ nostre principijs minuendam, magnam
partem, decreto illo reflexo actus libertatem hic recen-
tior conuincitur eius robur eo summam reducendum
est, ne singulis eius confirmationibus & solutionum
quas affert impugnationibus examinandis inutiliter car-
tis opeamus & perniciose legentium confundamus
mentes, si Deus habeat decretum omnino independentem
à meo actu vel omissione, etiam conditionate futuris
efficax de se, de illius existentia absolute impedienda
verbi gratia, de impediendo absoluto actu furti eius
omissionis aboleret libertatem, & actum furti redderet
absolute impossibilem in scholæ nostre principijs: atqui
decretum illud conferendi auxilium, si prævideatur post-
modum efficax scientia media, qua proinde non regu-
latur, nec dirigitur, est decretum impediendi actum
furti absolute, & omnino independentem ab eius actus
contingenti, & libera omissione etiam conditionate fu-
tura: siquidem scientiam de ea mediam non supponit ut
patet: ergo aboleret in scholæ nostre principijs tam omis-
sionis furti, quam actus furti absolutam libertatem.
Minorem probat numero 12. argumento, quod direc-
tum probat totam conclusionem suam. Nam decre-
tum illud est decretum dandi auxilium, si præfinitum fue-
rit efficax, ac subinde eius efficacia ad eam præscien-
tiam supposita, ad eius electionem, & collationem ab-
solutam supponatur, cum qua, & absoluta auxilij ele-
ctione, & positione ex parte actus primi ad furandum
actus furti est impossibilis, ac simul est decretum non
eligendi auxilium si præfinitum fuerit inefficax, siue solum
sufficiens: Ergo eo præfinito sufficienti, nec efficax da-
bitur, nec sufficiens ad furandum, vel non furandum,

siue quo nequit esse ad omissionem furti proxime libe-
ra, & indifferens absoluta potestas, ut opus erat ad
omissionis furti absolutam contingentiam, & liberta-
tem in hac sane recidunt omnia. Doctores huius argu-
menta cum pro conclusione sua probanda tum pro solu-
tionibus, quas sibi ab aliis adhibitas refert euacuandis,
ac reuincendis adhibita. Distingue maiorem argumenti
primi: independentem omnino ab actu, vel eius omissione
conditionate adhuc contingenter futura, tanquam à præ-
supposita tantum ad decretum impediendi nego maiorem
tanquam à præsupposito vel essentialiter connotato pro
posteriori ad decretum & pro priori naturæ ad absolutam
eius efficaciam, & connexionem cum auxilio efficaci
eiusque electione, permitto maiorem: similiter distin-
guo minorem: est decretum illud reflexum de auxilio
efficaci eligendo, si tale fuerit præfinitum, & secus, si
solum prævideatur sufficiens, independentem à futuritio-
ne illa contingente conditionata, tanquam à præsup-
posito tantum concedo minorem, tanquam connotato
etiam pro posteriori ad ipsum, & pro priori ad eius ab-
solutam efficaciam, & connexionem cum auxilio effi-
caci, eiusque absoluta electione, & donatione, nego
minorem. Siquidem, cum decretum illud conditiona-
tum ex parte obiecti sit, si nimirum scientia media de
eius efficacia adsit, ut decreti illius absoluta efficacia,
& connexio cum auxilio illo, eiusque electione absoluta
sit, purificanda est conditio scientiæ mediæ quam concer-
nit, positione absoluta ipsius, ac proinde conditionata fu-
turity contingentis sui obiecti præsupponenda, unde ne-
gatur facile consequentia.

5. Dixi autem in secundo membro distinctionis ad-
hibita maiori *permittit*. Nam, etsi connexio, & effica-
cia decreti illius absoluta cum electione, & donatione
auxilij efficacis tantum esset, nec scientiam mediam,
contingensque conditionatum eius obiectum suppone-
ret, dum tamen concerneret electioni, & collationi
auxilij præfinitum, actus libertati non officeret. Pone
enim Deum ex scientia naturali dominij, & potestatis
sue in omnes liberos actus arbitrij creati ratione cu-
muli auxiliorum in omnipotentia sue actiua virtute
clausuram decernere, ut potest absolute, auxilium effi-
cax, non quidem conditionate, si efficax aliquod in
illo cumulo esse præuiderit, sed absolute prorsus, quia
aliquid in eo cumulo efficax contineri præuiderit, decre-
tum illud ita à Deo conceptum absolutam efficaciam,
& connexionem de se habet anteriorem prorsus scienti-
æ mediæ cum absoluta electione, & donatione au-
xilij efficacis, quia tamen ita concernitur essentiali-
ter à decreto illo scientia media ad absolutum illius
effectum & necessarium, nempe ad electionem, & col-
lationem absolutam auxilij determinati, quod in illo
cumulo efficax præ cæteris est, atque tota efficacia, &
connexio antecedens in auxilio sinit, nec ad actum ex
illo futurum extenditur: & insuper efficax auxilium
illud seu habiturum effectum si donetur (quod scienti-
æ illius mediæ obiectum necessario præsuppositum
est) ab exercitio libero, & contingenti conditionato,
tandemque absolute auxilij in entitate absolute posita
pender saluaretur in nostris principijs nemine discrepan-
te libertas. Adde à præfinitionibus (ex quibus hic Au-
thor est) per præsuppositæ scientiæ mediæ directionem
actuum nostrorum abque libertatis eorum læsione ex
simili concernentia essentiali scientiæ mediæ ad electio-
nem, & collationem absolutam auxilij determinati,
quod præ aliis efficax est, admittendum necessario esse
cum absoluta efficacia, & connexione decreti illius cum
actu illo absolute illamque seruati libertatem, ut vidimus
cert. 5. & n. 6. meminimus nuper n. 3.

6. Argumentum præcipuum, quo minorem primi hic
Doctorem probat (& probati directè etiam conclusionem
suam notabamus numero quarto) eadem æquiuocatio-
ne, & fallacia laborat qua, tam ipse quam Recentio-
res alij decepti sunt, ut electionem, & collationem
auxilij, seu mediæ efficacis ab extrinseco ad actum li-
berum, & meritorium, adhuc in speciali, ac perfectis-
sima providentia obiectiue etiam, siue ex parte obiecti
libera, atque ad rem præsentem in prædestinatione,
ex scientiæ mediæ directione salua actus libertate, ac
merito

merito esse non posse docerent: nempe quia præsupposita ex parte actus primi scientia media dirigente electionem, & collationem absolutam auxilij efficacis, actusque proinde conditionata funtione, qua efficax illud extrinsecus constituitur, nequit ex electione, & collatione absoluta auxilij illius, potestate vlla, non esse, vel actus, vel omisso conditionate sub illo auxilio, si donetur, supposita, atque infallibiliter per scientiam mediam, & electionem ipsa directam absolute antecedens ad auxilij, & actus absolutam positionem. Hoc tamen argumentum seu æquiuocationem dissecimus, detrimimusque fallaciam d. 1. de providentia questione 1. certamine s. vbi impossibilitatem extremi oppositi omissioni, vel actui conditionate futuro sub auxilio ex scientia media, eiusque directione absolute electo, & collato consequentem solum, & logicam siue illationis eiusdem in statu vno ad seipsum pro alio, nusquamque antecedentem naturæ & causalitate (quæ sola libertati actus, & indifferenti potestati, seu libertati causæ in actu primo officere valet) esse posse monstrauimus; solum instari posset decreto illo reflexo posito dandi auxilium, si efficax præiudicatur, secus si inefficax nulla præsupposita scientia media posset contingere nullum auxilium efficacis præiudici: ex eo autem decreto determinatus est Deus ante omnem vltim, etiam conditionatum creaturæ libertatis ad non dandum auxilium sufficiens: ergo tunc non posset constituere in actu primo libertatem, seu proximam & indifferentem ad vtrumvis creaturæ illius voluntatis potestatem: quia nullum auxilium dari tunc à Deo posset, quo ea indifferens potestas constitueretur. Non efficax, quia nullum est, nec præiudici potest, non sufficiens, quia sufficiens à Deo donari ex decreto illo reflexo repugnat. Respondetur calum esse contra suppositum questionis, quæ est de decreto conferendi auxilium efficacis, & non aliter, quod prædestinatio conferatur, & respectu cuius de facto efficax est. Secundo ex parte Dei prædestinantis casus est absolute impossibilis ratione absoluti eius dominij, & potestatis in liberas omnes rationalis cuiusvis creaturæ actiones, & cumuli proinde auxiliorum actiue in omnipotentia ipsius clausorum, vt cum hoc etiam Doctore supponimus. Demum hic Doctor plus argumentis suis probat, si quid probat, quam velit: nempe eo decreto non minui solum actus libertatem, sed funditus eueriti, quod tenuit, vt argumenta perpendenti constabit. Secundo, & conclusio, & argumenta ipsius cum his, quæ sequentibus capitibus, maxime penultimo, & vltimo docet, & discurrit minus coherent, vt lector doctus videbit. Nos enim verosimiliorem doctrinam sectari credere, & vindicare capimus, neminem nisi vt opus ad id fuerit, infectari.

CERTAMEN VII.

Recentiorum Scrupuli tres expediti.

EST vero secundus Recentiorum scrupulus: An, vt electione prædestinatio auxilium efficacis, quia efficax ex scientia media de ipsius efficacis directione eligatur, ac prædestinatio propria, vt diximus, donetur, ex intentione præsertim inefficacis boni vltus ipsius, & obtentionis gloriæ per ipsum, opus sit eius efficaciam electione ipsa amari, vt à reprobo, cui bonus vltus auxilij præstiti, & gloriæ affectio per illum æque scio à Deo intenditur (vt nunc supponimus) discernatur. Amari debere ea electione prædestinatio ad discretionem illam à Deo faciendam & eligendum auxilium efficacis quia efficax prædestinatio, censent. Soarius 1. de essentia prædestinati, capite 7. numero 10. & Recentiores plures, quibus aniam præbuit Herize contendens speciale beneficium respectu prædestinati à Deo esse non posse, ni expresse, & directe auxilium efficacis, quia efficax electione discretiua prædestinati à reprobo adeo ametur vt ex ipso recitauimus ex d. 22. capite

tertio, numero 24. versus Tertium. Quia de illi quo prædestinatus, & reprobis, quoad amorem Dei formaliter affectum pares sunt: cum ex æque scia intentione salutis eorum apponatur auxilij cultus, quodque intentio sufficiens pro reprobo, quam efficacis pro prædestinato. Secundo arguo pro Recentioribus, quia eligi auxilium efficacis, præstitumque efficacis nequit esse, nisi ob motum efficacis eius præstare: alias nec opus esset illam vt eligeretur auxilium illud præstare, nec eligi, quia efficax dici posset: et mouere illam, vt auxilium eligatur & ametur, nequit nisi eadem efficaciam ametur: ergo, vt eligatur prædestinatio quia efficax, debet efficaciam ipsa expresse & formaliter electione ipsa amari.

2. Dicendum nihilominus est: vt auxilium efficacis, quia efficax, seu non eligendum, si inefficax præstetur, electione prædestinatio à Deo absolute eligatur, & apponatur amari eius efficaciam opus non esse. Probatur primo ex dictis certamine tertio, numero secundo. Etenim ex eo præstare, quod efficaciam auxilij præstare, atque ex intentione inefficacis, determinata tamen boni eius vltus, & consequentis gloriæ à prædestinato ductus, & ex scientia illa directam ad electionem efficacis prænoti Deus procedat, tamen eius efficaciam expresse, & formaliter electione ipsa non amatur, curare tamen illam ex intentione ipsa magis debet vltus, & gloria prædestinati, quam de ipsi carere, ut ex scientia illa, sed ex scientia simplicis intelligentie elegisset pro illo sufficiens solum, vt reprobo eligere certissimum est. Insuper ita directam electionem auxilij efficacis ex intentione illa habitam esse voluntatem interpretatiui, & exercit (etsi non efficaciam absolute) actiuam boni vltus prædestinati, quod non habet electio auxilij sufficiens pro reprobo: unde, & gratia, & beneficij specialis habere efficaciam præfutionis auxilij, ita electi, & collati donationem ostendimus certamine quarto à medio numeri tertii, & deinceps: in autem satis discernitur affectus prædestinati à reprobo: tamen in salutis intentione nota, & paria sint in Dei affectu æquales, nec efficaciam auxilij electione ipsa ametur, dummodo ideo, quia prænoti eligatur, atque inde, & de intento hinc magis à Deo electione ipsa, quæ illius interpretatiui voluntas est, asserens prædestinatio, vt dixi, certamine 1. logicam & consequentem illius obtinendi necessitatem à determinationem.

3. Etenim inde perspicuum est intentionem illam salutis, & gloriæ prædestinati æqualem etiam, illi quam Deus habet gloriæ, & salutis reprobo, respectu huius totas suas vires, & motionem affectiuam non explicare de facto, & exercere: quandoquidem, nec effectus efficacis alterius auxilij mouet Deum de facto, vt præ sufficiens, quod reprobo consistit, effectus illud donet: nec scientia inefficacis auxilij sufficiens, quod ei donat, ne donet illud detineatur. At respectu prædestinati intentio salutis æqua etiam totam suam affectiuam motionem explicat, & exercet: cum Deum intendendo ne auxilium donet, quod sufficiens solum scientia conditionata nouit: tum mouendo, vt donet, quod efficacis prænoti, scientia eadem. Quo fit, vt, licet electione ipsa efficacis auxilij eius efficaciam, finemque gloriæ expresse, & formaliter non ametur, impellatur tamen, & motione affectiua intentionis eius electione auxilij, quia efficacis prænotum est, exercere, & in actu secundo ametur ea eadem ipsa intentione salutis prædestinati magis, quam reprobi respectu cuius, quia licet salutis eius intentio, non tamen totam suam affectiuam virtutem, & motionem in Dei voluntate exercet: inde ad rationem ab Herize tactam patet solutio, atque ad secundam à nobis subiectam: cum enim non ametur expresse electione ipsa auxilij eius efficaciam prænoti, amatur tamen interpretatiue per illam & intentione ipsa formaliter exercere, & in actu secundo affectiue motionis, quam intentio illa in se immodicam & intrinsecam habet: & quam, ni efficaciam auxilij media scientia præcederet, electione ipsius exercere non posset: quare & verum est, quia efficax ex ea intentione absolute eligi, & apponi.

4. Tertium

4. Tertiam probationem conclusionis primæ secundam super re eadem conclusionem eiusque probationem ita subiungo. Dicendum est secundo: electione ipsa mediæ efficacis, quid prævisi efficacis, nequit expresse, & formaliter eius efficacia amari: ex hac conclusione si probetur prima, quæ negativa de facto est, probata firmiter manebit: à negatione quippe potentie, tam physice, quam logicæ seu possibilitatis ad negationem actus generis alterius est illatio legitima. Probatur secunda hæc conclusio: quia efficacia auxilij amari electione illa (inmo affectu illo Dei) nequit amore desiderij, aut complacentiæ: ergo nec potest electione illa regulari per scientiam mediæ absolute amari: siquidem alterutro solum ex his amoribus à Deo amari potest quod amandum ab ipso est. Antecedens probatur: atque in primis non posse amari electione illa amore desiderij patet: siquidem desiderium nequit esse de re, quæ ad ipsum supponitur pro eo statu, siue, ut esse supponitur: quia desiderium omne essentia sua est de re, ut sit, vel saltem ut in alio statu, vel aliter sit, quam ante desiderium esse supponitur ac desideratum proponitur ac innotescit: atqui Deo proponitur efficacia auxilij illius per scientiam mediæ electionis auxilij efficacis directricem, ac proinde ad eam supponitur: ergo nequit auxilij efficacis præcognita, & præsupposita electione illa amore desiderij amari, sed nec amore complacentiæ: quia complacentia solum potest esse de obiecto eiusque bonitate absolute existente, cuiusmodi non est obiectum possibile, aut conditionate futurum: alioquin efficacia auxilij præcognita per scientiam mediæ electionis prædestinatæ directricem stat formaliter in futuritione conditionata boni vñs, & consequentis gloriæ per illum, si illud auxilium donec: ergo nequit esse de efficacia auxilij illius amor complacentiæ. Maior est nobis certa & statuta controversia de voluntate d. 2. & ex qua amore complacentiæ Dei de possibilibus, qua talibus, reiectis contra non paucos ibi quæstione secunda, ac similiter futura conditionata qua talia: ibidem quæstione tertia eo adeat lector cum ad manum hoc tomo habeat: ubi etiam obiectionis postremæ inueniet solutionem, etsi enim efficacia auxilij, seu futuritione conditionata boni nostri vñs sub auxilio præcognita ratio sit inducens, ut aliud ab ipsa ametur electione ipsa: nempe auxilium formaliter, & expresse, & bonus eius vñs interpretatiue: id tamen affectu desiderij istorum amatur, non autem complacentia in ipsam: quia bonitas, non ut existens absolute representata, solum excitat ad desiderium sui, ut existat in alio statu non autem in illo: atque absque complacentia in illo non absolute suæ existentia, pro quo complacentia obiectum incapax est, ut eis locis subius respondebamus, atque explicabamus.

5. Tertius Recentiorum scrupulus. An si electione illa auxilij efficacis, quia efficacis præcogniti, efficacia ipsa auxilij amaretur formaliter, & expresse (quod ipsum de amore interpretatiue ipsius dubium esse poterat) boni vñs, & consequentis gloriæ per illum libertas periret. Perituram supponit Herizæ sæpe citato capite 3. & Recentiores alij, contra quos negative respondeo: quam negatiuam resolutionem supponit Soarius r. de essentia prædestinatæ, cap. 7. numero 10. Ratio est in aperto: quia, cum efficacia auxilij stet in futuritione conditionata boni nostri vñs sub auxilio eodem ad electionem illam præsupposita electionis illius in illum, siue formalis, siue interpretatiue amor (nunc permissus) solius complacentiæ esse possit: quare ad illam electio, qua desiderium, & secundum antecedentem suam adhiuentem minime terminaretur, nedum secundum causalem suam efficaciam, & connexionem, quæ sola eius statui libertati & purificata conditione eiusdem boni vñs libertati absolute posset officere: solum ergo terminaretur in bonum vñs sub eo auxilio conditionate futurum: quia complacentia de ipsius conditionata futuritione esset, quam tunc supponeret: qua desiderium vero, & actiua ea electio esset, efficaciam totam, & actiuam connexionem in auxilium tunc solum exercere posset nullquam in eius efficaciam terminaretur: quia vero eius interuentu bonum ipsum vñs mediate, tunc

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

etiam, sicut nunc, causaret, certoque, & necessario necessitate logica, & consequente ex futuritione conditionata. quam ex eius boni vñs, & consequentis gloriæ absolute intentione electio illa supponit, actiuitatem suam in bonum vñs, & gloriæ prædestinati absolutam exerceret respectu eorum interpretatiuum desiderium, tamen respectu eorum intrinsece efficacis interpretatiuum adhuc desiderium non sit: quare nec potest ipsorum absolute libertati officere.

6. Scrupulus quartus. An directiua electionis prædestinatæ scientia ad purum, & adæquate media sit, & quorum conditionatorum contingentium? Et circa primum certum est plures nostro intelligendi modo actus scientiæ naturalis de rerum naturis, essentis, conditionibus, & proprietatibus requiri, saltem remotè ad prædestinatam electionem: plures etiam actus visionis causarum moralium naturalium existentium in tota prædestinationis serie ad eius effectus apponendos intercedere ut vniuersim notauimus, & quantum satis sit, recensuimus controuers. 6. de prouident. d. 2. quæst. 1. n. 3. & 4. nec specialem in prædestinatione (de qua hic) seu prædestinatiua mediæ efficacis electione, quæ in prouidentia, & electione mediæ sufficientis pro reprobo non inueniatur habet difficultatem, & de re neutrobique vllam, ut ibi notabam: quare de scientia solum media oportet hic definire ad quædam obiecta conditionate contingentia, eorum quæ in tota prædestinationis cuiusque contextura obueniunt, ostendatur? Breuissimè autem statuo, eorum omnium contingentium, quæ quouis gradu ad finalem gratiam, in qua prædestinatus quisque decedit conducunt conditionatam, seu mediæ scientiam de ipsorum conditionata futuritione ipsius prædestinationem essentialiter ingredi, atque electionum mediorum quarum collectione ordinata illius prædestinatio integra complectitur esse directricem, reliquorum vero contingentium, quæ in prædestinati vita eueniunt, nec ad finalem eius gratiam vllatenus conducunt scientiam mediæ non ingredi, neque electionem prædestinatiua vlla ex parte dirigere. Ratio est facilis. Quia vniuscuiusque prædestinatio est non ad gloriam vtriusque, sed ad tantam determinatè gratiæ & iustitiæ finali, iurique, & exigentiæ ipsius respondentem: unde quicquid ad cumulum gratiæ, & iuris illius ad tantam gloriam, ad quam vniuscuiusque prædestinatur, ut medium ad eius contingentem actus quibus particula gratiæ, & iuris illius respondentens, conducit, à Deo præciscendum conditionatè præparandumque est, ut certissime liberetur, & saluetur, eo salutis, & gloriæ gradu, ad quem præscientia & præparatio beneficiorum Dei, seu prædestinatione diuina infallibiliter ducitur ac perducitur. Reliquorum vero contingentium, quæ nullatenus ad gratiam finalem conducunt media, tamen efficacia, prædestinatione, seu electione prædestinatiua non apponi certum ex eadem ratione est. Quare neque futuritionis conditionatæ illorum scientiam prædestinationem ingredi, neque ad prædestinatiua electionem supponi.

7. Explicatius minutiusque conclusio euoluta, docet actus omnes indifferentes (si tales in actionibus nostris admittantur) mediæ siue cogitationes Dei prouidentia haud dubio dispositæ ac præparatæ nos ad illos inducentes de facto à Dei prædestinatione non esse neque efficaciam mediorum illorum, futuritionisve conditionatæ eorum actuum conditionatam scientiam, ut electionis prædestinatæ directricem, vsquam ingredi: scientiam vero mediæ efficacis auxiliorum, & futuritionis conditionatæ contingentis oblationis paruuli ante vñm rationis emouit à parentibus vel aliis, quibus ad regenerationis lauacrum offertur, & intentionis legitima, ac requisita baptizantis paruuli prædestinationem ingredi? Item mediorum efficaciam, seu conditionatæ futuritionis sub illis bonorum operum, ac meritum prædestinari iusti adulti, etiam per peccatum mortificandorum. Hæc enim per peccatum reuiuiscere, & gratiam ipsi respondentem per subsequutam penitentiam restitui omnium Theologorum communis sententia est: secus eam quæ ex opere operato

ex sacramentis percepta fuit: quare scientia media de contingenti eiusdem perceptione conditionata ea solum parte, qua ex opere operantis gratia aliquid bono illo ad sacramentum accessu perceptione recipit ad prædestinationem spectabit. Rursus scientia media de honestis actibus, & de congruo solum auxilia gratiæ ad penitentiam prædestinato peccatori pro merentium eius prædestinationem ingreditur: remota enim ad gratiam, & iustitiam finalem prædestinati illius conducunt. Denique, & permissionis peccati media scientia ex cuius penitentia iustior, humilior atque ad ampliores gratiam lapsus prædestinatus resurget, ac pristinam recuperabit: locus peccatorum ipsum, quod, licet recuperationis illius, & augmenti gratiæ occasio sit, à Deo tamen præparatum nusquam fuit, nec intentum. Dixi *denique*. Nam, licet decretum gloriæ ob finalem iustitiam prædestinati collatum necessario prærequisitum medium sit ad gloriam, ad quam quis prædestinatus est, ut de facto, formaliter, actu, & exercite ab ipso obtineatur, & possideatur: liberum autem, & contingens sub hypothese decessus prædestinati in gratia, non est; sed necessarium ex fidelitate promissionis diuinæ de gloria ita decedentibus largienda: quare nec scientia media de eo esse potest; esset autem si ea adesset absoluta promissio.

CERTAMEN VIII.

*Ultimi ceteris grauioris scrupuli
expeditio.*

1. **Q**uintus scrupulus Recentiorum, & qui in re præsentente postremus est. An, licet, ut auxilium efficax prædestinatione, seu electione prædestinatau dometur, scientia media efficaciam auxilij, seu conditionatæ futuritionis euentus contingens sub illo essentialiter ad eiusmodi electionem prærequiritur, & ex parte prædestinationem continuit, ut hætenus ostendimus; alio autem non prædestinatio, siue prædestinatio electionis ordine, possit ex scientia solum simplicis intelligentiæ à Deo donari; ac subinde electionis medijs efficacis absolute sumptæ scientia media essentialia principium directionis non sit; sed solum electionis prædestinatæ, seu ex certitudine, & infallibilitate euentus contingens absolute obtinendi prædestinationis essentia inclusus: videtur enim ex vna parte principium directionis omnis electionis, & collationis auxilij efficacis absolute esse debere: siquidem quocunque modo, & ordine à Deo efficax auxilium absolute eligatur, & conferatur ex fine aliquo ad quem, non conducatur solum, sed de facto, & cum effectu ducatur, eligendum, donandumque à Deo esse: & à Deo, non quidem infuso, & incerto euentus, non solum quem potest, sed quem habiturus de facto est ad finem, ex cuius intentione eligitur, atque à Dei providentia ordinatur, etsi ex inefficaci finis intentione à Deo provideatur, atque ad finem illum ordinatur; si quid valent datæ hætenus à nobis, vel ex alijs approbate rationes pro necessitate scientiæ mediæ ad prædestinationem constituendam dirigendamque prædestinatam electionem maxime propugnatam certam.

2. Aliunde vero videtur scientiam mediam de auxilij, seu medijs de se indifferentis, & extrinsecus efficacis, efficaciam principium essentialia directionis electionis omnis auxilij illius absolute esse non posse, salua contingens euentus libertate, ac subinde scientiæ mediæ quæ supponebatur essentia consistente: quare, & sententiam affirmantem contradictionem inuolueret, cum scientiam mediam destruat, quam supponit; si enim scientia media essentialia principium huius secundum essentiam, & intrinsecum sui nude sumptæ, & consideratæ natura essentialiter præsuppositum, & prærequisitum

sit: fiet, ut in statu absoluto nulla electio, & collatio absoluta auxilij efficacis à Deo esse possit, quia scientiam illam essentialiter, & principium sui natura & causalitate præsupponit. Cum autem absoluta auxilij illius entitas, existentia, & intrinsecum esse dependentiam à Deo ipsum vere potente eligere, & conferre imbibitum medullitus habeat, nequeatque Deus illud eligere, & conferre, nisi per aliquam electionem vere possibilem: fiet tandem, absolutum esse intrinsecum, & entitatem auxilij efficacis scientiam illam, ut sui principium essentialia etiam supponere: nempe principium, cum quo purificata conditione per auxilium de ipsum, & contingens quod sub illo erat conditionate futurum, eoque posito in absolutum transit, & absolute non esse ex principio, & causæ sui de prærequisito essentiali, & antecedente natura profus repugnet: quod ipsum est liberum, & contingens absolute non esse. Sed neque conditionate: cum nec in statu illo, vltimo ab essentialia sua essentialique respectu ad principium illud essentialia sui quæ prædestinatæ, quare, & scientia media, quæ eiusmodi principium esse debeat in hypothese poni ac præcedere, sub quæque necessarius bonus auxilij efficacis usus erit, atque illa electio, quæ ex collatione, atque auxilio absolute positus necessarius absolute fore nuper concluderetur.

3. Ob hæc argumenta duæ possent esse hæc super Theologorum scholæ nostræ opiniones. Quarum altera, si alterius aduersæ fundamento verisimiliter satisfaciatur satis probabiliter habebit. Pro affirmatæ, quæ numero secundo fundabamus) essentialis prædestinatæ & directionis scientiæ mediæ ad auxilij efficaciam quocunque, & omnem etiam non prædestinatum electionem, responderi ad negatæ fundamentum posset, ab iis, qui principia remota omnia, causas per accidens, & censent & appellant, scientiam medianam ipsam auxilij, à quo proxime eius bonus usus, & contingens effectus absolute provenit, & principium remorum solummodo esse ut patet, & causam per accidens, ut musicam in Architecto ad ædificandum. Alij voce non adeo dura fors respondeant: causam, remaneat quodvis principium vere causam, & principium, neque ita per accidens, esse; ut vero, cum proxime non induant, eorum carentiam, seu agitionem ex parte actus primi proximi, quem non constitunt, non requiri: quare principij proximi, & auxilium & creatam voluntatem adæquate continui indifferentiam ad bonum auxilij usum, vel eius omissionem, aut usum oppositum saluat determinationem, & connexionis principij remoti, per se etiam essentialiter, remote tamen, requisiti cum bono vii auxilij illius huius libertati officere minime possit. Hæc tamen, & alia, quæ pro compositione præfinitionum nostrarum actum regularum per scientiam mediam cum coramdem libertate ex Socritis nostris referebamus controuersia 4. de voluntate d. 6. quæstione secunda responderi etiam hic possent; quæ tamen longius memoranda nunc, & consultanda non sunt, cum ea omnia eo loci reiecerimus. Solum addo ea ad præfens minores probabilis specie responderi, quam pro illis præfinitionibus posse. Cum hæc principia per se, & essentialiter, ad hoc remote requisita ad auxilium efficax, eiusque bonum usum non sunt; in præfenti vero, tam electio efficacis auxilij essentialia sua per scientiam mediam regulari, quam scientia ipsa media, quæ regulari, tam auxilij efficacis quam boni usus ipsius principia, licet remota, necessaria tamen, & essentialia requisita sunt.

4. Dices connexionem illam, tam electionis auxilij efficacis essentialia sua per scientiam mediam regulari, quam scientiæ mediæ regularis cum bono auxilij vii, & effectui contingenti purificata conditione, seu auxilio efficaci per eam electionem absolute posito, consequentem solum, & logicam esse; tamen in coniuncto electionis illius & auxilij efficacis absolute positæ, & antecedente natura & causalitate absolute bonus illius usus constitutus: quæ est enim connexio à futuritione conditionata, quam scientia media supponit, ut obiectum, tota procedens, &

& quæ ut diximus controu. 6. de prouidentia d. 2. quæst. 2. certam. 5. à boni vñs auxilij illius absoluta positione tandem obiectiue pendet: hæc autem ex auxilio de se indifferenti, & extrinsecus efficacis solum à conditionata boni vñs fututione ab arbitrio creato libere ponitur: ita ainitum, vt ab arbitrio illo non poni possit, atque absolute omitti: quo, & fututione subinde media, nec per ipsam essentialiter regulanda auxilij illius electio: ac proinde impeditur absolute ab arbitrio creato ea omnia pro priori naturæ possunt, ne fuerint; tamen si semel posita impediti nequeant ne sint, ex suppositione scilicet, quod sint; ac pro naturæ priori præceterint: immò nec bonus vñs absolutus auxilij, qui, vt illa omnia pro naturæ priori, suo quaque loco, & gradu in suo genere præceterint absolute existentis prioritate naturæ in casu purificationis conditionis per absolutum auxilij positionem in genere alio obiectiue præcedentiæ absolute existentis supponitur: ac proinde solum ex suppositione, ne, quod absolute sit eo auxilio positum, inferitur cum bonum vñs necessario absolute sub auxilio illo posito fore: ea autem necessitas consequens solum, & logica necessitas est, non physice causæ, & antecedens, vt de se patet, & dicebamus citato certamine quinto ad argumentum simile Recentiorum contra præcedentiæ scientiæ mediæ ad prædestinatiuum electionem auxilij efficacis directiue, & necessario directiue, si ordine prædestinatiui habenda à Deo ea electio sit. Mutuam vero hæc causalitatem in diuerso hoc genere, & necessariam ad conciliandam libertatem nostram, cum certitudine, & infallibilitate causalitatis prædestinationis circa euentum contingentem, ad quem per mediæ de se indifferentiæ, & extrinsecus solum efficaciam prædestinamus, nullatenusque repugnantem supposuimus, & ostendimus eodem cert. 5. Nihil sane apparentius, & subtilius pro affirmante sententia adducti n. 2. excogitari posse videtur.

5. statuta enim indifferentiæ auxilij entitatiue, quam questio hæc supponit, nihil argumentum oppositum probat. Certum quippe est entitatem auxilij secundum se cum boni vñs negatione esse coniungibilem, quod si de facto coniungendum cum illa foret, si daretur (vt coniungenda esse sufficientia, quæ reprobis dantur certissimum est, licet de se ac entitate sua cum bono ipsorum vñs potuerint coniungi) ex scientia solum simplicis intelligentiæ posset conferri: quare essentia, & entitate sua electionem regulatam per scientiam mediæ non respiciunt vt à Deo absolute apponantur; vnde in hypothesi in qua secundum solam, nudamque entitatem suam positum auxilium est, fututionem conditionatam sui boni vñs non respicit, cum neque eius essentia electionem regulatam per scientiam mediæ supponat, quod si ita posito in hypothesi auxilio secundum nudam suam entitatem cum bono vñs coniungendum conditionate sit (vnde efficaciam extrinsecus sortitur) atque à Deo per scientiam mediæ videatur; tamen si eius efficaciam bono vñs conditionato constituta, & per scientiam mediæ à Deo cognita, aliter quam ex scientia mediæ auxilium illud ad finem intentum eligi absolute à Deo nequeat, & apponi; auxilium illud intrinsecam connexionem cum fututione illa conditionata boni vñs, quam ex accidentaria ipsi electione ita regulata intrinsecus non supponit; entitate sua non habet, quæ secundum se abque electione ita regulata apponi à Deo absolute potuit; sed ratione extrinsecus, & contingentem ipsi adiunctæ efficaciam, seu boni vñs conditionata sub ipso fututione: quare nec suæ entitatis positione ex parte actus primi, quæ, & conditio purificatur, & conditionatus vñs bonus in absolutum transit, necessitas physice, & natura antecedens ad bonum vñs absolutum ponitur: licet ex huius auxilij absoluta positione, & fututione conditionata, quam essentia, & entitate sua (qua sola actum primum ad bonum sui vñs constituit) nec continet, nec respicit, sed extrinsecus, & accidentarie adiungitur, necessario resulter: est igitur equiuocatio, & fallacia argumenti in eo: quod scilicet electio per scientiam mediæ regulanda, quæ ratione efficaciam, extrinsecæ prorsus, auxilij præiussæ auxilium præiussum

efficax apponendum asseritur necessario, ita necessario apponendum ratione entitatis intrinsecæ, & essentia auxilij ipsius in argumenti pro negante sententia præmissis supponatur.

6. Sed affirmantis sententiæ argumentum necessitatem omnimodam electionis per scientiam mediæ regulatæ, vt auxilium efficacis, taleque à Deo cognitum absolute apponatur non prorsus euincit: etenim auxilij sufficientis reprobo dati, inefficacia extrinsecæ à negatione conditionata boni vñs cognita à Deo per scientiam mediæ est: sed tamen absoluta inefficacia illius, & sufficientis auxilij electio, & absoluta appositio per scientiam mediæ non dirigitur, vt ostendi contr. 6. de prouidentia d. 2. q. 2. cert. 2. & dicam controu. 8. d. 1. q. 2. Ergo, est efficaciam auxilij, efficaciam extrinsecæ à conditionata boni vñs fututione, per scientiam mediæ à Deo cognoscatur, non est opus, vt eius absoluta electio, & appositio essentialiter, & necessario per scientiam mediæ dirigatur, & reguletur. Probatur consequentia, ideo auxilium inefficax, & solum sufficiens eligi absolute potest electione non regulata per scientiam mediæ, quia dari potest, non quia inefficax, est tale esse cognoscatur, sed solum quia sufficiens positue: aut auxilium efficacis, etiam si tale cognoscatur, potest à Deo eligi absolute, ac dari, non quia efficacis, sed præcisè, quia positue sufficiens: ergo potest à Deo eligi absolute electione non regulata per scientiam mediæ. Minor stat, dummodo repugnantia non ostendatur: sed probatur positue, quia auxilium efficacis, quæ vile, & conducens, seu positue sufficiens amabilitatem habet intrinsecam: ergo, & amabilitatem, quin vterius voluntas in extrinsecam eius efficaciam tendat, eare ad eligendum absolute apponendum illud moueatur: ea autem conducencia, vilitas, siue sufficientia positua sola simplici intelligentiæ à Deo cognoscitur: ergo ea sola dirigit eam auxilij illius apponendi electionem, & voluntatem: si autem id voluntas Dei potest ex fine exercendi suam in ea electione libertatem, & constituendi potestatem in actu primo proximo ad bonum vñs, & eius oppositum auxilium efficacis, quia conducens, & positue sufficiens præcisè poterit illud ex sola simplici intelligentiæ, non quia efficacis, eligere.

7. Quod si ex determinati boni vñs seria, veraque (tamen inefficaci) intentione de medio efficacis prouideat Deus, difficius plane est, non, quia efficacis, atque non spectata scientia mediæ de efficaciam, & bono vñs ipsius pro priori ad eligendum à Deo absolute eligi, & apponi nequeat, sed ob rationem Molinæ, Lessij, & aliorum à nobis propugnata cert. 3. n. 3. Definire ergo in difficultate concludo neutrius sententiæ fundamenta posita (quæ quidem vigentiora videntur) alterutram partem concludere. Non affirmatiue, quia ex proxime dictis constat auxilium de facto ab extrinsecis efficacis, non quia efficacis, necessario eligi à Deo debere, sed posse etiam eligi solum, quia positue sufficiens, si ex alio fine, quam boni vñs liberi, & effectus contingentis, & determinati obtinendi, sed indeterminate, & pure permittendo creatæ voluntatis determinationi alterutram, à Deo eligatur vt decretum concurrendi indifferenter cum arbitrio creato permittit solum erga alterutram ipsius determinationem se habere docebamus tom. 1. de Deo vno disput. 3. quæst. 2. Neque negatiue sententiæ fundamentum intentum euincit, vt vidimus proxime num. 4. & 5. ultimo tamen ob rationes contra affirmantem sententiam num. 6. atque hoc 7. datas directionem scientiæ mediæ essentialiter ad auxilij efficaciam electionem non requiri, tamen ad prædestinatiui electionem, & de quouis contingente fine, ad quem est intento de auxilio efficaci prouidentum sit, ad electionem similem essentialiter requiratur.